signis masculinis erit fortior et si sit in libra. Et ex fortitudine trium inferiorum ut sint occidentales a sole aut in quartis femininis. Et ex fortitudine lune ut sit in nocte super terram et in die sub terra in loco feminino vel in signo feminino et cum fuerit in exaltatione solis. Et in fortunio vero horum planetarum et destructione eorum est ut sint in coniunctione malorum aut in oppositione eorum vel in eorum tetragona aut trigona seu exagona radiatione, aut si fuerit inter eos et corpus mali vel radios eius minus termino planete, aut sit in terminis malorum aut in domibus eorum, aut sint mali elevati super eos a 10° vel 11° a locis eorum et multo deterius si non receperit eos, aut fuerint in coniunctione solis vel oppositione eius tetragona radiatione, aut fuerint cum capitibus suorum genzahar aut cum capite draconis vel eius cauda sitque inter eos et ipsum aliquid istorum 12 gradus vel infra. Et maxime si fuerit luna ab aliquo eorum similiter et sol, tunc magis impeditur ab eis idest a capite vel cauda cum fuerit inter ipsum et unum eorum 2/4 gradus vel retro. Aut fuerint planete obsessi inter duos malos. Hec est ut sit planeta in signo aliquo et cum eo malus vel radii eius ante se, et malus vel eius radii post se. Aut separetur a malo per coniunctionem vel per aspectum et iungatur tali modo alteri malo, aut fuerit malus in signo vel radii eius post eum idest in secundo ab eo et in signo quod est post ipsum idest in 12 ab eo fuerit alter malus vel radii eius. Similiter dicitur de signis quod sit obsessum. Et si aspexerit fortuna vel sol dictum planetam vel signum obsessum a trino vel a sextili aspectu fuerint inter eum et coniunctionem minus 7 gradibus solvet ipsa malitia vel obsessio. Et hoc ut sit planeta retrogradus vel sub radiis solis combustus aut cadens ab ascendente. Et ex debilitate eorum ut sint tardi cursu aut in statione prima. Hec est quando stat ut retrogradus fiat, aut sit retrogradus, aut sit in gradibus tenebrosis, aut sit masculinus in signis femininis et in gradibus femininis in die sub terra et in nocte super terram. Aut sit in opposito dignitatum suarum seu potestatum, aut descendentes in meridie vel meridiani quia meridies contraria est septentrioni. Et planete cum fuerint ascendentes in septentrione sunt fortiores. Aut cadentes ab angulis aut vel a succedentibus angulorum aut in domibus cadentibus, aut sit in via combusta que est medietas ultima libre et medietas prima scorpionis. Aut iungatur planete retrogrado vel impedito aut cadenti aut sit non receptus. Aut sint tres altiores occidentales a sole aut in quartis femininis. Et debilitas solis est ut sit in signis femininis aut in quartis femininis vel sit in domo 9. Et ex debilitate trium inferiorum ut sint orientales aut in quartis masculinis. Et dicitur in planetis quod sunt quidam eorum se invicem diligentes vel odientes. Ita diligentibus quidam aliorum dixerunt quod Iupiter diligat omnes planetas et sunt amici eius et ipsi illi preter Martem. Veneris amici sunt omnes planete et omnes diligunt eam preter Saturnum. Saturni autem amici sunt Iupiter, Sol et Luna. Et inimici eius Mars et Venus, et ipsa plus habet eum odio. Et Martis amica est Venus et inimici Mercurius et Luna. Mercurii amici sunt Iupiter et Venus et Saturnus, et inimici eius Sol, Luna et Mars. Lune autem amici sunt Iupiter, Venus et Saturnus et inimici eius Mercurius et Mars. Capitis draconis amici sunt Iupiter et Venus et inimici Saturnus et Mars. Caude vero amici Sol, Luna, Iupiter et Venus; Saturnus et Mars et inimici. Et alia species inimicitie est cum fuerint duo planete habentes domos suas oppositas. Tertia species inimicitie ut sint domus planetarum exaltationes opposite. Fortior vero planetarum amicorum amicitia est ut concordent planeta cum planeta in natura et in exaltatione atque in regno et potestate. Sicut concordat Mars cum Sole quia uterque concordatur cum calore et siccitate et acutione atque celeritate, et est dominus exaltationis eius in qua apparet eius fortitudo. Et ut concordat Luna et Venus in frigore et humiditate et est domina exaltationis eius. Cum vero concordaverint duo planete in natura et [illegible] sicut Iupiter et Venus sunt amici.

Differentia quanta in expositione nominum astrologorum

Differentia in expositione nominum astrologorum. Initium horum est coniunctio et res significationes destructiones seu mutationes que fiunt in hoc seculo ex coniunctionibus, quarum una est que maior est omnibus coniunctionibus et est coniunctio Saturni et Iovis in initio Arietis et hoc fit in 960 annis. Secunda eorum coniunctio est in initio uniuscuiusque triplicitatis et hoc fit in 240 annis. Iunguntur enim in unaquaque triplicitate duodecies, idest faciunt in unaquaque triplicitate 12 coniunctiones. Deinde mutatur eorum coniunctio ad triplicitatem que hanc succedit. Tertia est coniunctio Saturni et Martis in initio Cancri que fit in omnibus 30 annis. Minuta vero est coniunctio Saturni et Iovis que fit in omnibus 20 annis. Quinta est descensio maioris luminaris in punctum equinoctii vernalis temporis

[Margin note:] Et hoc nomine [illegible] vocatur alcohol idest receptio hoc sequitur redditio luminis [illegible]

[Margin note:] De fortitudine planetarum

Fortior [illegible] aut est eorum prosperitatis [illegible] cum eos benivole de trigono respiciunt [illegible] felicitas a labore [illegible] libera est [illegible]

[Note:] Impeditio luminis triplex est. Prima quando levis affectat applicare ad partem consimilis gradus et in signo alterius aliqua existit stella gravior cui levis applicet retrogradando, cum eadem iungatur [illegible] mutatur in illam [illegible]. Secunda cum stella levis affectat applicationem gravis et antequam applicet gravis cum alia iungitur [illegible], tunc est affectus illius frustratus [illegible] accidunt [illegible]. Tertia cum stella in parvo gradu respicit aliam [illegible] ad eum transferat tunc est sit impeditum [illegible]

[illegible] equaciones

Notandum quod albumasar quam significator fuerit inter ascendens et quartum reducunt ipsum ad ascendens et quod fuerit inter septimum et ascendens medium celi reducunt ipsum ad [illegible] et dicit [illegible] in hac [illegible] ptholomeus cum albumasar semper reducit significatorem ad angulum ad quem nititur cum motu totius et hoc fit cum circulo directo secundum terminum et [illegible]

idest in ingressu solis in capite arietis quod fit in omni anno. Sexta est coniunctio luminarium et eorum oppositio que fit in dimidio uniuscuiusque mensis lunaris. Et ipsa dicitur ascendens coniunctionis. Dicitur ut significatur ascendens mundi idest signum quod ascendit hora introitus solis in primum punctum arietis vernalis in initio solis illius anni in quo debet fieri predicta coniunctio. Et examinandum quod est investigatio gradus ascendentis alicuius nati [idest geniture] nativitatis et perveniat putat multi astrologorum quod inveniatur per eum idem gradus ascendentis alicuius nati idest geniture sed hoc falsum est et iam patet in hoc in libro meo quod feci de animodar. Quia inveniatur per eum dignior ex gradibus celi quam gradum ascendentis in eadem hora secundum ipsam naturam et concordat in [illegible] idest accidit aliquando ut inveniatur per eum idem gradus ascendens. Quoniam igitur coniunctio est ut consequens gradus coniunctionis vel gradus preventionis que fuit ante ipsam nativitatem quia si fuerit coniunctio illa nativitati propior vocatur ipsa nativitas coniunctionalis. Et si fuerit preventio illa propior dicitur preventionalis idest [illegible] earum fuerit nativitas in coniunctione vel preventione eodem modo nativitas predicta nuncupatur. Et quod gradus coniunctionis est idem gradus in quo iunguntur luminaria nulla est questio nec indiget expositione in preventione autem quod unumquodque luminarium est in gradu suo idest diversi sunt in gradibus necesse est nobis scire quorum gradum velit intelligi gradum preventionis. Et iam dixit ptholomeus quod gradus illius luminaris quod fuerit super terram est gradus preventionis. Et quidam sapientum dixerunt si evenerit in preventione ut unum luminarium sit in gradu orientis. Et alterum in gradu occidentis tunc gradus orientis est gradus preventionis. Et dixit [illegible] quod gradus preventionis est gradus in quo sit in [illegible] nolens intelligi gradus lune [illegible] quod hoc opus est ptholomei ideo nos in hoc redimus ad eius sententiam. Cum ergo gradus coniunctionis vel gradus preventionis certissime [potuerit] compertus est constitues gradum ascendentem per estimationem in hora nativitatis et quatuor angulos in hora nativitatis deinde aspice et gradum coniunctionis vel gradum preventionis que fuit ante nativitatem et quod planetarum sit in eo dignior vel fortior eadem hora coniunctionis vel preventionis per multitudinem dignitatum seu potestatum idest considerabis quis planetarum habeat dominium in eodem loco hoc ergo planeta expabis ad horam nativitatis deinde aspicias utrum sit gradus illius planete in signo in quo est propior in numero graduum gradui sit gradus ascendentis et cuius horum propior fuerit sive 10 domus aut gradus ascendentis et hic [illegible] ad instar gradus ipsius planete et eius [illegible] et dum [illegible] de in duodecim domos per eum. Dixit ptholomeus si plures planete convenerint in dominio eiusdem loci et fuerint equales in fortitudine constitues dominum loci illum qui fuerit dominus haiz quod si in hoc convenerint constitues eum qui velocior debet mutari ab eo suo ad aliud qui fuerit minus idest eum qui voluerit exire de aliquo signo in quo fuerit et intrare aliud in quo habuerit plus dignitatis vel si fuerint a sole orientales eliges eum qui soli fuerit propior et non sit sub radiis. Si vero in angulo fuerit ille cum eligendus quod gradum eiusdem anguli fuerit propior in numero intellige. Et ex hoc hileg idest locus vite in nativitatibus cuius scientia est ut aspicias horam nativitatis que si fuerit in die in tempore a sole qui si fuerit ante gradum signi ascendentis per 5 gradus et infra aut fuerit in 10 vel 11 sive masculinum fuerit ipsum signum sive femininum est aptus ut sit hileg. Si vero fuerit in 7 vel 8 vel 9 in signo masculino sol aptus est ut sit hileg. Si autem fuerit in hiis tribus locis in signo feminino non est aptus ad hoc idest in posse esse hileg. Tunc aspicies lunam que si fuerit in ascendente vel in 2 aut in 3 vel 7 [illegible] aut in 8 est apta hileg sive masculinum fuerit signum sive femininum. Et si fuerit luna ante gradum signi ascendentis per 5 gradus et infra aut fuerit in 10 vel 11. Aut in 4 vel in 5 in signo feminino aptatur ad hileg. Si autem fuerit in aliquo horum locorum in signo masculino non est apta hileg si fuerit nativitas in die. Si vero nativitas nocturna fuerit incipimus ad lunam que si fuerit in aliquo predictorum locorum secundum quod predeximus est apta hileg. Si autem luna in eis non fuerit aspicies post hec ad solem qui si fuerit ante gradum 7 idest de illis gradibus qui sunt sub terra per 5 gradus et infra aut fuerit in 4 vel in 5 est in loco hileg apto sive masculino aptabitur et hileg. Si autem fuerit in aliquo istorum locorum in signo feminino non est aptus hileg. Notandum si luminaria non fuerint apta hileg aspicies post hec nativitatem utrum sit coniunctionalis an preventionalis idest utrum

sit post coniunctionem aut post preventionem. Notandum si fuerit nativitas coniunctionalis et fuerit gradus coniunctionis in aliquo angulorum vel in succedentibus angulorum est in loco apto hileg. Si vero predictus gradus fuerit cadens ab hiis 8 locis idest ab angulis et succedentibus eorum non est hileg. Aspicies tunc gradum partis fortune quam si fuerit in aliquo angulorum vel in succedentibus eorum. Erit in loco apto hileg. Si vero cadens fuerit ab hiis 8 locis aspicies post hoc gradum ascendentis et constitues eum hileg. Si vero nativitas preventionalis fuerit incipies ad gradum preventionis aspicies quod in eum sic procedes sicut in gradu coniunctionis. Et post ipsum gradum partis fortune. Et post ipsum gradum ascendentis eo ordine quo predixi in gradu coniunctionis. De sexu autem signorum non curabis idest non aspicies utrum sint signa illa masculina seu feminina [illegible] tantummodo in luminaribus hoc est in gradu coniunctionis et preventionis et partis fortune non considerabis utrum sit in signis masculinis vel in femininis tantum in angulis et in succedentibus angulorum. Et hec quatuor [illegible] erunt apta hileg cum fuerint in hiis 8 locis idest in angulis vel in succedentibus eorum. Si vero fuerint in locis [cadentibus] idest cadentibus ab angulis non erunt apta hileg. Apparet ita quod sol sit aptus hileg in die et nocte super terram et sub terra in 3 locis super terram scilicet in 5 locis. Et sub terra in 5. Luna quoque aptatur hileg in die ac nocte super terram et sub terra in 3 locis super terram in 5 et sub terra in 6 locis et est hoc si fuerit luna in hiis locis sub radiis solis non est apta hileg. Aspicies autem hileg in angulis et in sequentibus eorum secundum quod equatur duodecim domos celi per gradus horarum ascendentis secundum quod exponit eius opus in canone planetarum in libro cum [illegible] planetarum. Cum ergo equaveris domos hoc modo omnis planeta qui fuerit ante gradum ascendentis vel cuiuslibet domus per 5 gradus et infra est fortitudo illius valida in domo quam cum sequeretur. Et omnis locus ex locis quos predixi esse apta hileg si non aspexerit eum aliquis dominorum illius qui sit dominus domus aut dominus exaltationis aut dominus termini. Aut dominus triplicitatis aut dominus faciei non erit aptus hileg. Et ex hoc alcocoden quod est significatio vite. Notandum cum volueris scire iam proposito hileg eo ordine quo predixi. Aspicies dominum termini hileg. Aut dominum exaltationis eius. Aut dominum triplicitatis eius. Aut dominum faciei eius. Et quis horum fortior fuerit et plus auctoritatis in loco hileg. Et si aspexerit hileg erit dignior alcocoden. Notandum si non aspexerit ille qui fuerit plus auctoritatis aspiciat eum qui fuerit minoris auctoritatis. Donec invenias aliquem alium qui ex aliis qui aspiciat. Notandum si non aspexerit hileg non poterit locus ille esse hileg ab aliquo. Et iterum queres ab eodem secundo hileg alcocoden eo ordine quo predeximus. Notandum si equales fuerint duo planete vel tres in auctoritate gradus hileg et aspexerint utrumque est dignior alcocoden qui fuerit fortior loco si non equales fuerint in fortitudine loci idest ut fuerint planete erit ille alcocoden qui fuerit fortior loco. Si non equales fuerint in fortitudine loci idest ut fuerint planete erit ille alcocoden qui propior fuerit gradui hileg. Et quidam videbatur michi tempore antiquo dominus qui si aspexerit hileg ponebat alcocoden et non considerabat alterum. Notandum si non invenisset dominum domus aspicientem hileg aspiciebat dominum exaltationis qui si aspicere videret hileg ponebat alcocoden et non considerabat aliud preter eum similiter faciebat de domino termini triplicitatis atque faciei per ordinem. Et erat dorothius preponens dominum termini in hoc domino domus. Et quidam dixerunt si equales fuerint duo planete aut tres aut plures in dignitate et in propinquitate aspectus ille qui fuerit cum sole in uno gradu vel propior gradui angulari erit in initio ortus sui idest mane apparuerit aut fuerit in statione sua secunda vel in aliqua de eis ex [illegible] laudabilis a sole sic predeximus preter est alcocoden. Et si non gradus solis fuerit hileg et fuerit in ariete vel in leone erit sol hileg alcocoden et non considerat aliud alcocoden preter eum. Similiter si fuerit gradus lune hileg et fuerit in cancro [illegible] vel in tauro habebit eum pro hileg et alcocoden [illegible] et non considerabis pro alcocoden alium preter eum. Almubtaz vero quod per est nativitatis significat de nati per hileg et alcocoden et ipse est plus aliis planetis auctoritatis in ascendente et in locis luminarium atque in loco partis fortune et in loco partis coniunctionis vel preventionis que fit ante nativitatem. Notandum si preceperint almubtaz duobus locis aut

animodar idest investigatio gradus ascendentis
[illegible] gradus nativitatis [illegible]
De gradu preventionis
Haiz est cum fuerit planeta masculinus in signo masculino et diurnus in die et nocturnus in nocte
de alcocoden
de almubtaz

¶ Alkabitius super reductione significatoris ad medium celi / scilicet terram et hec per circulum directum super sic hec [illegible].

aut tribus aut quatuor secundum multitudinem potestatis sue in eis erit ipse almubtaz idest autor et significator vite quem hylech et alcochoden et per eum significatur de nati et quamdiu habet eum per alcochoden ad tardam vitam. ¶ Et ex hoc profectio in annis nativitatum atque mundi et in annis nativitatum scientia est ut ut aspicias quod cum transierit nato ex annis solaribus profectus aspicies quod omni anno signum unum et incipies ab ascendente nati per successionem signorum quousque firmitur fuerit numerus signorum quod succedit est signum profectionis ab ascendente signum medietatis anni in tem[illegible] tis quo non miscetur in mundo. ¶ Et hoc erit in tali gradu sicut fuit in ascendente nativitatis et dominus eius dicitur alcochoden cuius interpretatio est dominus anni. ¶ Similiter mutabis ad signo solis unicuique anno unum signum et exhibet profectionis signum profectionis a sole. Similiter a signo lune et a medio celi et a parte fortune in similitudine graduum radicis.

¶ Annus mei exemplar est quo natus natus est oriente capricorno 17 gradu et sol in piscibus in 19 gradu et luna in libra in 19 gradu et medium celi in 8 gradu scorpionis et pars fortune in leone in 17 gradu et iam transierat nato 3 anni perfecti quod perveniet quartus annus ascendente in ariete et est quartus ad capricornum ad 17 gradum eiusdem arietis et erit dominus alcochoden et perveniet locus solis ad [illegible] annos ad 19 gradum eiusdem signi et perveniet luna ad capricornum ad 19 gradum eiusdem et profectus a medio celi ad 8 gradum signi aquarii et profectus a parte fortune perveniet ad 17 gradum scorpionis. ¶ Cumque pervenerit annus ad profectionis et fuerit quod ipsum gradum in eadem domo planeta vel radius eius et volueris scire quando perveniet ad ipsum planeta vel ad radios profectos. ¶ Aspicies quod sit inter gradum ad quem pervenit annus et planeta vel radios ex gradibus et minutis et multiplicabis eum in 12 et sexta illius quod multiplicas vel in 12 gradus et sexta unius gradus et quod fuerit erunt dies ex illo anno in quo fuerimus. ¶ Perfectio autem ex annis mundi dixit alchindi quod fuerunt inter annum coniunctionis que significavit sectam saracenorum. ¶ Et inter annum alhegerah qui fuit primus annus annorum arabum idest seditionis mahamet 42 anni solares et fuit ascendens anni coniunctionis predicte secte signum geminorum et pervenit profectio eiusdem anni ad virginem et inter ipsum primum annorum arabum et primum annum iazdagird regis persarum fuerunt arabum et [illegible] in dextrum dies. ¶ Cum ergo volueris habere notitiam huius rei accipe annos iazdagird et verte eos in dies sicut expositum est in canone in libro cursus planetarum et adde desuper dies qui sunt inter primum annorum arabum et iazdagird et divide hec per 365 dies et quartam partem diei et quod divisiones exierint tot erunt solares et quod remanserint ex mensibus et diebus erit ex anno imperfecto. ¶ Quod collectum fuerit ex annis ipsi sunt anni solares ab initio [illegible] da ergo omni anno signum unum et incipe annorum arabum et usque signum quod duxerit te numerus ipsorum erit ad virginem et ad cuius signum perveniet numerus mundi ab ascensione coniunctionis predicte ad quod perveniet [illegible] alchindi [illegible] et ut adderet super [illegible] secte. ¶ Aliqui autem [illegible] perfectos 61 annos et duos menses et 12 dies [illegible] iazdagird perfectos [illegible] ac 18 horis ex annis [illegible] hos annos in dies [illegible] quarta diei et extenderet hos annos in dies [illegible] annos solares sicut predicimus et incipe proiicere ab initio libre. ¶ Deinde si volueris profectionem a signo coniunctionis secte sit profectio ascensione a scorpione si non volueris profectionem ab ascensione regni minue ex annis iazdagird illos 317 annos perfectos et verte eos in annos solares sicut predicimus et incipe proiicere ad virginem. ¶ Rursum si volueris profectionem ab ascensione profectionis mutationis coniunctionis a triplicitate aquatica ad triplicitatem igneam minue ex annis iazdagird profectis 125 annos et verte illos quod remanent in annos solares. ¶ Et incipe proiicere a leone et quod pervenerint numerus in eodem signo erit profectio unicuique initii eorum que predix[imus].

¶ Nota quod annus 1392 [illegible] a magistro paulo quod mutatus est annus solaris et quod ubi ponit tholomeus quod annus solaris constat ex 365 diebus et quarta diei quod constat modo ex 365 et 5 horis et 49 minutis [illegible] 48 horas ita quod habendum signum profectionis debet omni [illegible] multiplicari per 87 1/2 et tot gradus erunt reducere in signa et proiicere ab ascendente et ubi pervenerint erit signum profectionis et isto anno [illegible] cuius nativitatis ascendens fuit signum geminorum [illegible] 98 [illegible] multiplicatis provenit gradus 4069 1/2.

¶ Et ex hoc directio hec est ut dirigas significatorem alicuius ad aliquem locum signorum et stellas que sunt inter eum ex gradibus directionis accipias quod unicuique gradui annum unum. ¶ Cum ergo volueris hoc et fuerit ille significator in ascendente quem vis dirigere ad aliquam partem circuli minues ascensiones gradus in quo fuerit significator quem volueris dirigere ~~et quod remanserit erunt gradus~~ per ascensiones regionis de ascensionibus gradus illius ad quem volueris eum dirigere et quod remansit erunt gradus directionis. ¶ Deinde si fuerit significator in gradu 7 minues ascensiones nadir idest oppositi gradus in quo est significator de ascensionibus nadir illius gradus ad quem volueris eum dirigere in illa regione. ¶ Si non fuerit significator in medio celi vel in angulo terre minues ascensiones gradus significatoris de ascensionibus illius gradus ad quem eum volueris dirigere per ascensiones circuli directi et quod remanserit erunt gradus directionis. ¶ Si non fuerit ille significator quem volueris dirigere in aliquo loco ex 4or angulis aspicies longitudinem eius ab aliquo horum angulorum qui sit angulus medii celi atque angulus terre. Hoc est aspicies significatorem quod si fuerit inter ascendens et medium celi minues ascensiones gradus medii celi per circulum directum de ascensionibus gradus significatoris. ¶ Et si fuerit inter 7 et medium celi minues ascensiones gradus significatoris de gradibus medii celi per circulum directum et quod remansit ex qualibet horum locorum fuerit dividendo per partes horarum diei illius in quo fuerit significator et quod exierint erunt hore longitudinis ab angulo. ¶ Et si fuerit inter ascendens et angulum terre minues ascensiones gradus significatoris per circulum directum de ascensionibus gradus anguli terre. ¶ Rursum si fuerit significator inter angulum terre et 7 minues ascensiones gradus anguli terre per circulum directum de ascensionibus gradus significatoris et quod remanserit ex qualibet horum locorum fuerit dividendo per tempora horarum nadir idest oppositi gradus significatoris et quod exierit ipse erunt hore longitudinis ab angulo. ¶ Cumque scieris horas longitudinis ab angulo et volueris dirigere significatorem ad aliquem locum circuli signorum et fuerit significator in medio circuli orientalis quod est a medio celi usque ad angulum terre de eo quod succedit ascendens minue ascensiones gradus in quo fuerit significator de ascensione gradus illius ad quem volueris dirigere per circulum directum et quod remanserit erit significator circuli directi. ¶ Post hec minue ascensio illius gradus in quo fuerit significator per ascensiones regionis de ascensionibus illius gradus ad quem volueris eum dirigere per ascensiones regionis et quod fuerit erit significator regionis. ¶ Post hec aspicies residuum quod fuerit inter significatorem circuli directi et significatorem regionis. ¶ Accipiesque sextam illius et multiplicabis in horis longitudinis ab angulo et quod fuerit erit equatio. ¶ Et si fuerit significator circuli directi minor significatore regionis addes equationem super significatorem circuli directi vel minues equationem ex eo et quod remansit erunt gradus directionis. ¶ Iste si fuerit significator quem volueris dirigere in medio occidentali quod est ab angulo terre usque ad medium celi de eo quod succedit 7 minues ascensiones gradus significatoris quem volueris dirigere de ascensionibus gradus illius ad quem volueris eum dirigere per circulum directum et quod remanserit erit significator circuli directi. Post hec minues ascensiones nadir gradus significatoris et per ascensiones regionis de ascensionibus nadir illius gradus ad quem volueris eum dirigere et quod remanserit erit significator regionis. ¶ Deinde accipies residuum quod fuerit inter significatorem circuli directi et significatorem regionis accipiesque sextam partem eius et multiplicabis in horis longitudinis ab angulo et quod fuerit erit equatio. ¶ Post hec aspicies significatorem circuli directi si fuerit minor significatore regionis addes equationem super significatorem circuli directi. ¶ Et si fuerit significator circuli directi plus significatore regionis minues de significatore circuli directi equationem et quod exierit erunt gradus directionis. ¶ Deinde si fuerit significator in aliqua quarta et locus ad quem dirigis

¶ Inter ascendens et medium celi — minue medium celi per c. r. — divide residuum per horas significatoris
¶ Inter 7 et medium celi — minue significatorem de medio celi per c. r.
¶ Inter ascendens et quartum — minue significatorem per c. r. — divide residuum per horas nadir significatoris idest per horas noctis significatoris
¶ Inter 4 et 7 — minue 4 de significatore per c. r.

cum in aliqua parte dirige significatorem ad signum quod eum succedit et hec dirige ab angulo ad locum quendam ostendi tibi directiones. Quando vero cum feceris significatorem et volueris scire quando perveniet de circulo signorum in aliud annorum fuerit quod significator in ascendente adde numerum annorum super ascensiones graduum ascendentis et facies eum arcum in ascensione regionis et quod exierit gradus arcus de circulo signorum ibi perveniet directio in eodem anno. Quando fuerit significator in 7º adde numerum annorum super ascensiones nadir graduum significatoris et arcuabis eum in ascensionibus regionis et quod exierit de circulo signorum ad eius nadir perveniet directio eodem anno. Quando vero si fuerit significator in 10º vel in 4º adde super ascensiones graduum significatoris in circulo directo numerum annorum et arcuabis eum in ascensionibus circuli directi et quod exierit de circulo signorum ibi perveniet directio in eodem anno. Si autem fuerit significator extra 4 loca que sunt anguli scies horas longitudinis ab angulo sicut docui te. Quando vero fuerit significator in medietate orientali adde super ascensiones graduum significatoris per circulum directum numerum annorum quos non fuerit et arcuabis hoc in ascensionibus circuli directi et quod exierit erit significator circuli directi. Post hoc adde numerum annorum et super ascensiones graduum significatoris in regione et arcuabis hoc in ascensionibus regionis et quod fuerit erit significator regionis.

Post hoc aspicies sextam partem residui inter significatorem circuli directi et significatorem regionis et multiplicabis eum in horis longitudinis ab angulo et quod fuerit erit equatio. Quando vero si fuerit significator circuli directi minus significatore regionis adde equationem super significatorem circuli directi et si fuerit plus minues eam de eo et quod remanserit ibi perveniet directio de circulo signorum in eodem anno. Quando vero si fuerit significator in medietate occidentali facies cum nadir graduum significatoris sicut fecisti cum gradibus significatoris in opposito quod est inter eum et quod fuerit ibidem perveniet directio ex circulo signorum in eodem anno.

Et locus ad quem perveniet directio dicitur locus divisionis et dominus termini illius loci dicitur divisor. Quando vero si fuerit in gradibus divisionis planeta aut radii eius aut [illegible] loci eius cum dicitur hec planeta aut radiorum dominus particeps divisoris in divisione.

Significatores vero qui diriguntur sunt 5 loca idest gradus ascendens et gradus solis et gradus lune et gradus partis fortune ac gradus medii celi. Gradus ergo ascendentis dirigitur ad scientiam dinoscendam que accidunt in corpore. Et sol ad causas dignitatis et exaltationis honoris atque regni. Et luna [illegible] esse anime et corporis atque coniugii. Et pars fortune [illegible] acquisitionis et profectus exiguitatis et largitatem. Et medium celi [illegible] magisterium et ceteras dispositiones participes pretium et cetera. Et si fuerit ascendens revolutionis alicuius annorum mundi vel nativitatum dirigentur significatores eius secundum hanc directionem unicuique scilicet gradui [illegible] dirigatur significator unus dies anni [illegible] 59 minutis 8 secundis unus dies anni. Hec in mundo directio regni et principum sic dirigentur [illegible] medii celi per ascensiones circuli directi [illegible] 59 minutis 8 secundis dies unus donec veniat ad bonos vel ad malos planetas. Et dirigitur esse regni in voluntate scilicet aut in firmitate ex gradu ascendentis ad bonos vel malos planetas [illegible] 59 minutis 8 secundis dies unus per ascensiones regionis.

Et directio in revolutione annorum mundi ad prenoscendum esse aeris vulgi vel rusticorum a gradu ascendentis similiter ad prenoscendum esse rerum nati a gradu ascendentis revolutionis [illegible] 59 minutis 8 secundis. Et ex his algerbuther in nativitatibus et est directio gradus ascendentis hoc est ut aspicias gradum ascendentis in termino cuius planete sit et minuas ascendens scilicet ascendentis de ascensionibus que sunt in directo [illegible] termini planete et quod remanserit accipias unicuique gradui annum unum et [illegible] 5 minutis mensem et [illegible] minutis [illegible] dies et erit dominus termini eius potitor annorum illorum qui dicitur divisor. Postea accipies gradus termini qui eum succedit et [illegible] eos in gradibus ascensionum et quod fuerit accipies unicuique gradui annum unum et [illegible] 5 minutis mensem et [illegible] minutis 6 dies erit quod dominus termini per successionem usque in finem vite. Et si fuerit in termino alicuius planete planeta aut radii eius erit particeps eius in divisione et hec divisio dicitur al[illegible]

Nota hic est quod de residuo quod est inter duos significatores debes accipere talem partem qualis pars sunt hore longitudinis ab angulo scilicet de 6 et hoc est quod dicit et multiplicabis sexta in illis horis idest si hore fuerint duo accipies de illo residuo tertiam eius et hoc est quod dicit ut per multiplicationem totius si non fuerit [illegible] multiplica residuum in horis et divide per 6 et exibit illud idem.

platarum domorum

gerbugthar. Et ex his 12 ~~domorum et platarum~~ hoc est ut aspicias quantum habulaverit planeta in signo suo aut gradus domus quam volueris ex gradibus et minutis et multiplicabis hoc in 12 post hoc addes desuper ipsos gradus atque minuta que multiplicasti in 12 et quod collectum fuerit ex eo proice eo ad minuta eiusdem signi dans unicuique signo 30 gradus et quod finitum fuerit numerus ibi erit duodecima platarum ac domorum. Et ex his ananbahara que sunt novenarie cuius sententia est ut scias spatium quod habulaverit planeta in signo suo ex gradibus atque minutis aut gradus domus cuius volueris scire novenarium post hoc divides signum in 9 divisiones et una quaque divisio ex tribus gradibus et tertiam post hoc aspicias in quo novenario ex novenariis ceciderit gradus planete aut domus post hoc dabis primum novenariorum ex signis domino signi mobilis eiusdem triplicitatis et secundum novenarium domino signi cuius est ipsum signum quod succedit donec venias ad aliud novenarium ex quo est gradus erit quod planeta dominus eius novenarii. Verbi gratia signum ex quo sunt gradus illi erat ex triplicitate Arietis. Erit ergo primum novenarium eiusdem signi Martis domini Arietis. Et secundum novenarium Veneris domine Tauri. Et novenarium tertium Mercurii domini Geminorum sic usque ad novenarium nonum. Et si fuerit signum ex triplicitate Cancri erit novenarium eius primum Lune et secundum novenarium Solis domini Leonis. Et tertium Mercurii domini Virginis. Et si fuerit signum ex triplicitate Libre erit primum novenarium Veneris domine Libre. Et secundum Martis domini Scorpionis. Et tertium Iovis domini Sagittarii. Similiter in triplicitate Capricorni primum novenarium eius est Saturni domini Capricorni. Et secundum Saturni domini Aquarii. Et tertium Iovis domini Piscis deinde quod sequitur secundum ordinem successionum signorum. Unde divides signum per 9 divisiones erit gradus 19 in divisione septima. Et quia signum Aquarium est ex triplicitate Libre ponitur primum novenarium eius Veneris domine Libre. Et secundum Martis domini Scorpionis. Et tertium Iovis domini Sagittarii. Et quartum Saturni domini Capricorni. Et quintum Saturni domini Aquarii. Et sextum Iovis domini Piscis. Erit ergo Nonbahar idest novenarium 19 graduum Aquarii Iovis. Et ex his addoringen hoc est ut dividas ascendens per tres partes. Et sit divisio de 10 gradibus dabit quod divisionem primam domino ascendentis. Et secundam domino quinti signi. Et tertiam domino noni. Nam ascendens et quintum ac nonum semper sit triplicitas. Verbi gratia ab initio Arietis usque in 10 gradum eius doringen idest decanus est Martis domini Arietis et si fuerit ascendens a 10 gradibus usque in 20 gradum erit eius doringen Solis domini Leonis. Et si fuerit a 20 usque in finem eius erit eius doringen Iupiter dominus Sagittarii.

Et ex his domini circuli in nativitatibus hoc est ut aspiciatur dominum hore in qua oritur natus. Dabis quod ascendens et dominum hore anno primo nativitatis eius. Et significabit per esse illius idest domini hore. Sanitas sive infirmitas corporis nati sic significatur per dominum ascendentis radicis. Et dabis domini secunde hore ab eo scilicet ~~domum~~ secundam domum ab ascendente in secundo anno et significabitur per esse suum in eodem anno esse substantie et cetera. Sic significatur per esse domini domus substantie et dabis domini hore. Tertie domum tertiam ab ascendente in tertio anno et significabitur per esse illius in eodem anno esse fratrum et sororum ceterorumque sic significatur per esse domini tertie. Et dabis domino quarte hore quarte domum domus ab ascendente in quarto anno et significabit per esse suum in eodem anno esse parentum patrum scilicet et eorum que significantur per domum quartam. Similiter facies de aliis horis per successionem dabis scilicet dominium unicuique hore domum ex domibus radicalibus. Cum scilicet dominus hore 12 ab ora nativitatis domus 12 ab ascendente radicis et dominus 13 hore a nativitate ascendente radicis et anni 13. Et dominus 14 hore ab ascendentis radicis domus secunde et 14 anni et moratur dominus hore prime. Dominus ascendentis hore et dominus secunde hore et dominus tertie hore domus secunde et domus tertie hore. Dominus 10 hore dominus hore fratrum et per hoc significat super patrem et fratrum et sic de ceteris. Similiter dominus universitatis horarum harum moratur nove domus et moratur et dominus circuli et significatur per eum omni anno sic significatur per alcocoden hoc est per dominum anni. Et quidam astrologorum vocant dominum circuli dominum scilicet ascendentis initii primi anni et secundo.

Nota hic est quod significator dirigendus est ad angulum primi eo ordine quo feriunt primo mobili scilicet cum erunt ambo significatores in una quarta et postea possumus dirigere significatorem ad angulum dirigendum ipsum ad locum quem volumus sic [illegible] cum sit significator in angulo sive in [illegible] per circulum directum vel per oblique et postea iunge utrumque et [illegible] modus ponit Ptholomeus in 4 ex libro quadripartiti.

anno planeta que hanc succedit. Et tertio anno planeta que succedit huic sic procedit, id est donec hore. Et ex hac dispositio al firdamet hoc est. Cum fuerit nativitas diurna, tunc erit initio dispositionis eius firdarie solis secundum quantitatem annorum firdarie eius, que sunt 10. Post hoc planeta que succedit soli, que est Venus, cuius firdarie anni sunt 8. Et post venit planeta que ea succedit, que est Mercurius. Et anni cuius firdarie sunt 13. Deinde Luna, et anni eius firdarie sunt 9. Deinde Saturnus, et anni eius firdarie sunt 11. Deinde Jupiter, et anni eius firdarie sunt 12. Deinde Mars, cuius anni firdarie sunt 7. Deinde Caput, cuius firdarie anni sunt 3. Et post hoc Cauda, et anni eius firdarie sunt 2. Fiunt anni collecti simul 75 anni; post hoc revertitur dispositio a sole, et sunt usque ad ultimam planetarum. Si autem fuerit nativitas nocturna, incipiet dispositio a Luna, disponet quoque annos firdarie eius, qui sunt 9; similiter planeta post planetam sicut predixi in sole. Cumque disposuerit planeta annos firdarie sue, disponet ex parte eius septima solis, idest septima parte firdarie sue, deinde participat ei in septima secunda planeta que eum succedit; post hoc participat ei in septima ~~ex anno eius firdarie~~ tertia planeta que succedit secundum, et ita donec participetur ei quando fuerit cum in ultima septima ex annis eius firdarie, et unicuique eum participat alteri iudicium super nativitate. Et quod almamar, idest super eminentia, quoniam dicitur quod planeta vadit super planetam, hoc est ut aspicias medium celi ad planete et locum eius equatum, et si fuerit locus eius equatus plus medio celi, eius est ascendens a medio celi suo ad summitatem circuli; et si fuerit locus eius equatus plus medio celi suo, erit descensionis ab medio circuli sui ad infimum illius. Et si equalis fuerit locus eius equatus medio celi, erit in medio circuli sui. Deinde minue locum planete de medio celi suo ut ego proposui. Hoc est tunc quando minueris minorem de maiori et multiplicabis quod remanserit per 7 et dividas per 22, et quod exierit de divisione erit hoc quantitate planete quantitate ascensionis eius vel descensionis. De Venere et Mercurio accipimus quod est inter utraque loca, idest quod est inter locum solis et Veneris et Mercurii, et facimus ut supra, quoniam propter semper quod eorum sit fortior in circulo augis. Si Venus et Mercurius cum fuerint unusquisque eorum orientalis fuerit locus eius equalis minus loco solis, minue residuum quod est inter locum eius et locum solis, faciesque cum eo precedens in planetis altioribus ex multiplicatione et divisione etc.

Et quoniam ac fortior fit significatio planetarum cum abierint super se invicem, idest cum abierit alter super alterum in coniunctione. In oppositione aut in quarto aspectu erit significatio eorum minus aspectus et debilior. Et cum fuerit unus eorum ascendens et alter descendens, tunc ascendens eorum vadit super descendentem. Cum vero fuerint descendentes, ille qui fuerit minoris descensionis vadit super illum qui fuerit plus descensionis. Dicitur quoque alio modo, idest ut scias latitudinem utrorumque planetarum, quoniam septentrionalis eorum vadit super meridianum. Et si fuerint ambo septentrionales, ille qui fuerit plus latitudinis vadit super eum qui fuerit minoris latitudinis. Si vero fuerint utrique meridiani, ille qui fuerit minoris latitudinis vadit super eum qui fuerit maioris latitudinis. Ideoque dicitur quod Luna vadit super Jovem in his duobus operibus. Similiter si fuerit aliquis duorum planetarum in medio circuli nulla habens latitudinem, tunc ascendens septentrionalis vadit super eum qui caret latitudine, et vadit ipse super meridianum descendentem. Et ex hac opinione planetarum dicitur unus cum iungitur planeta inferior planete superiori et fuerit cum hoc domus eorum opposite. Et quod albuz est nomen quod valde communis antiquorum. Nam ipsi vocant post coniunctionem solis et lune 12 horas, et applicat eas soli et dividunt 12 horas in tres partes, idest in tres partes in hac hac solis, et indicat super omnes 4 horas ex eis secundum iudicium dominorum triplicitatis solis hora coniunctionis. Deinde dant Veneri post duodecimam solis 12, et dividunt eas in tres trinas et indicat super omnem divisionem trina secundum dominos triplicitatis Veneris hora coniunctionis. Post hoc faci-


unt super eum Mercurio et ceteris planetis per successiones eorum donec revertitur orbis a sole post 84 horas, et ideo cessat sic facere, scilicet donec venerit coniunctio aliqua. Et quidam dicunt quod alburz sit hoc quod post coniunctionem sunt 12 hore in equales, quibus est utilis inceptio operum, et post 72 horas in combustas 12 quasi combuste. Similiter coniunctio que succedit, et post hoc dividunt has 12 horas in divisiones. Dixerunt quod qui inceperit in 4 horis predictis aliquid, timendum erit ei de tanto magno dolore qui possidet et in suo corpore absque amissione anime sue, et timet super eos qui adeum pertinent predictio. Et quia complevimus expositionem eorum que sciunt ex nobis astrologorum, sequamur hanc commemorationem partium.

Diferentia memorationis universarum partium

Diferentia memorationis universarum partium

Et cum notaverimus in loco partium accipe a loco illo in locum alium et proice hoc ab ascendente vel de alio loco. Dicimus ut addas super id quod fuerit inter utrumque locum ab initio signi ascendentis gradus cuius exemplar est opus partis fortune, quoniam accipis quod est inter solem et lunam in die ex gradibus, et addes super eos gradus signi ascendentis, et quod collectum fuerit proicies ad 30, 30 gradus, et incipis proicere ab initio signi ascendentis, et quo finitur numerus ibi est pars fortune; et in nocte econverso a luna in solem, et addes desuper gradus signi ascendentis, et proicies hoc 30, 30. Incipiamus itaque post partem fortune partes 12 domorum, et incipiamus ab ascendente. Pars vite accipitur in die a Jove in Saturnum et in nocte econverso, et proicitur ab ascendente. Pars fidei accipitur a gradu coniunctionis sive preventionis que fuerit in nativitate in gradum Lune, et proicitur ab ascendente. Pars futurorum accipitur in die a luna usque in solem et in nocte e converso, et proicitur ab ascendente. Pars dilectionis et concordie accipitur in die a parte fortune in partem futurorum, et in nocte econverso, et proicitur ab ascendente. Pars stabilitatis et durationis et fiducie ascendentis et durationis nati, et sic pars dilectionis et concordie. Pars animositatis et audacie accipitur in die a marte in gradum partis fortune, et in nocte econverso, et proicitur ab ascendente. Secunda domus: pars substantie accipitur in die et nocte a domino domus substantie in gradum atque in medio domus substantie, et proicitur ab ascendente. Pars paupertatis et pravitatis ingenii accipitur in die a parte futurorum in partem fortune, et in nocte econverso, et proicitur ab ascendente. Pars beatitudinis et thesauri atque metorum accipitur in die a parte futurorum in Jovem, et in nocte econverso. Tertia domus: pars fratrum accipitur in die a Saturno in Jovem et in nocte econverso, et proicitur ab ascendente. Pars benivolentie fratrum accipitur in die a sole in Saturnum et in nocte econverso, et proicitur ab ascendente, et cum fuerit Saturnus sub radiis accipitur in die a sole in Jovem et in nocte econverso, et proicitur ab ascendente. Quarta domus: pars patrum accipitur in die a sole in Saturnum et in nocte econverso, et proicitur ab ascendente. Pars mortis patrum accipitur in die a Saturno in Jovem et in nocte econverso, et proicitur ab ascendente. Pars avorum accipitur in die a domino domus solis in Saturnum et in nocte econverso, et proicitur ab ascendente; et si fuerit sol in domo sua vel in aliqua domorum Saturni, accipe in die a sole in Saturnum et in nocte econverso, et proice ab ascendente, et non consideres si Saturnus aspexerit eam. Pars hereditatum ac possessionum accipitur in die ac nocte a Saturno in Lunam, et proicitur ab ascendente. Pars nobilitatis nati et eorum quod fit dubitatio utrum sit filius illius patris cui imponitur an alterius: accipitur in die a gradu solis in gradum exaltationis sue, et in nocte a gradu lune in gradum exaltationis sue, et erit pars in gradu ascendentis, et erit significator gradus ascendentis. Pars finis rerum accipitur in die et nocte a Saturno usque in dominum domus coniunctionis aut preventionis, et additur desuper gradus ascendentis, et proicitur ab ascendente. Quinta domus: pars filiorum accipitur in die a Jove in Saturnum et in nocte econverso, et proicitur ab ascendente. Pars que significat tempus in quo debet fieri filius, et numerum eorum masculorum sive feminarum, et quot pariet mulier, accipitur in die ac nocte a marte in Jovem, et proicitur ab ascendente. Pars scientie filii masculini et feminine accipitur in die et nocte a luna in Jovem, et proicitur ab ascendente. Pars per quam scitur natus de quo fit interrogatio utrum sit masculus an femina accipitur in die ac nocte a domino domus Lune in Lunam, et in nocte econverso, et proicitur ab ascendente. Pars significans filium cum pervenerit maior ad.

Nota de parte fortune



idest domus in qua fuerit sol

idest gradum partis significantis filium

eum accipitur in die ac nocte a marte in iovem et proicitur ab ascendente. Pars debilitatis et lectationis accipitur in die ac nocte a venere in saturnum et proicitur ab ascendente. Pars sortis et filiorum accipitur in die ac nocte a luna in venerem et proicitur ab ascendente.

Septima domus. Pars in firmitatis alzamenech idest debilitatis insperabilis aliorum melius accipitur in die a saturno in martem et in nocte econverso et proicitur ab ascendente. Pars furorum accipitur in die a mercurio in lunam et in nocte econverso et proicitur ab ascendente et dixit alkindi. Hergor accipitur in die a mercurio in partem fortune et in nocte econverso et proicitur ab ascendente et dixit oportet ut utamur utrisque partibus insimul.

Septima domus. Pars desponsationis virorum accipitur in die et nocte a saturno in venerem et proicitur ab ascendente et hec pars similis est parti nuptiarum. Pars desponsationis mulierum ab hermete accipitur in die ac nocte a venere in saturnum et proicitur ab ascendente et hec pars congruit parti cultus terre. Alia pars dispositionis mulierum secundum vettium accipitur in die ac nocte a sole in martem et proicitur ab ascendente. Pars delectationis et voluptatis accipitur in die ac nocte a venere in gradum 7 et proicitur ab ascendente. Pars nuptiarum accipitur in die ac nocte a luna in gradum cuspidis domus octave et additur desuper pro zanbulaneth. Saturnus in signo suo et proicitur ab initio signi saturni. Pars prolixitatis contentionis accipitur in die a domino gradus ascendentis in gradum lune et in nocte econverso et proicitur ab ascendente. Pars eius in quo timere nato mors et paupertas et impedimentum et desertio accipitur in die ac nocte a saturno ad gradum domini domus coniunctionis aut preventionis que fuerit ante nativitatem et proicitur ab ascendente. Pars unionis et amicitie et utrum liberetur ab eo anno vel non accipitur in die a saturno in partem fortune et in nocte econverso et proicitur ab ascendente.

Nona. Domus pars peregrinationis accipitur in die et nocte a domino domus none et proicitur ab ascendente. Pars itineris in aqua accipitur in die a saturno in 15 gradum signi cancri et in nocte econverso et proicitur ab ascendente. Et nota si fuerit saturnus in 15 gradu cancri erit gradus ascendentis. Pars religionis accipitur in die a luna in mercurium et in nocte econverso et proicitur ab ascendente.

Decima domus. Pars regni et quid operis faciat natus accipitur in die atque nocte a saturno in lunam et proicitur ab ascendente. Pars regis accipitur in die a marte in lunam et in nocte econverso et proicitur ab ascendente et est et alia pars similis parti patrum. Pars principatus operis et regni secundum vettium accipitur in die et nocte a sole in gradum medii celi et proicitur ab ascendente. Pars significans utrum sit ea res aut non accipitur in die ac nocte a sole in gradum medii celi et proicitur ab iove. Pars matris accipitur in die a venere in lunam et in nocte econverso et proicitur ab ascendente.

Undecima domus. Pars amicorum accipitur in die ac nocte a luna in mercurium et proicitur ab ascendente et dixit alkindi hergor accipitur in nocte econverso. Pars significans effectum amicorum et immunitatem accipitur in die a parte fortune in partem futurorum et in nocte econverso et proicitur ab ascendente.

Domus duodecima. Pars inimicorum secundum hermetem accipitur in die ac nocte a domino domus inimicorum usque in gradum 12 domus inimicorum et proicitur ab ascendente. Et secundum quosdam antiquorum accipitur in die ac nocte a saturno in martem et proicitur ab ascendente. Hec sunt partes duodecim domorum. Et hec sunt alie partes quibus utuntur magni iudicum astrorum antiquorum.

almucantarath quae designat circulum orizontis secat circulos Cancri et equinoctialis et Capricorni. Et in qualibet secatione aliud fecerunt. Fuerunt notae in circulo Cancri ex parte orientis r. Et ex parte occidentis s. Deinde diviserunt circulum Capricorni a puncto p. usque ad lineam mediae noctis in partes sex equales scribendo in puncto primae partis /1/ in secundo /2/ ~~in~~ in tertio 3 / et sic successerunt. Deinde circulum a puncto q. usque ad lineam mediae noctis in sex partes equales et in sex partes equales ~~procedentes~~ facientes notas ut prius. Similiter quoque diviserunt circulum equinoctialem a puncto e scilicet ab intersecatione orientali equinoctialis cum orizonte obliquo usque ad orizontem mediae noctis. Et similiter a puncto d videlicet ab intersecatione occidentalis equinoctialis cum orizonte obliquo ad lineam mediae noctis scribendo in punctis ut fecerunt in circulo Capricorni. Eodem et modo diviserunt circulum Cancri a puncto r usque ad lineam mediae noctis et a puncto s usque ad lineam mediae noctis. Deinde sic duxerunt lineas circulares ex utraque parte a prima divisione Capricorni et prima equinoctialis usque a prima Cancri. Et ita fecerunt de 2a ad 2am et de 3a ad 3am et sic de ceteris. Quas lineas ymaginati sunt esse horas noctis. Circa predictos terminos transit sol in nocte. Ymaginati sunt iterum spheram depressam ut prius. Et quia dictae lineae recte non veniebant a polo, ideo non ceciderunt recte ymo tortuose ut in figura horarum apparet. Et sic fecerunt horas duodecim. Et reperit horarum prima in orizonte occidentali. Postea 2a / 3a usque ad 6am quae terminatur in linea mediae noctis. Et post lineam mediae noctis fecerunt horam 7am / 8am usque ad 12am quae terminatur in orizonte orientali. Iterum ymaginati quod cenith regionis esset longe ab equinoctiali gradus 66 minuta 26 secunda 30. Et invenerunt quod cenith illius regionis cadebat in linea mediae noctis in circulo Cancri quod est a puncto k. Et quia ad faciendas horas nullam divisionem invenire potuerunt in circulo Cancri, ideo diviserunt solummodo circulum equinoctialem et Capricorni per 12 divisiones ut supra videlicet circulum equinoctialem ex parte mediae noctis diviserunt a puncto c usque ad punctum d per 12 partes equales. Et similiter diviserunt circulum Capricorni a puncto p usque ad punctum o. Et diviserunt lineas k usque ad quamlibet dictarum divisionum. Tunc ymaginati fuerunt spheram depressam ut prius. Et invenerunt quod ad circulum Cancri versus polum nulla erat divisio horarum. Ideo invenerunt quod sole existente in circulo Cancri dies habebat horas /24/ et nichil erat noctis quia principium Cancri non transcendebat orizontem ideo non tangebat aliquam horarum noctis sed semper in illa die per spatium diei currebat. Existente in principio Capricorni nox continebat horas 24 et nichil erat diei. Iterum ymaginati sunt quod cenith regionis esset longe per gradus 69 minuta 45 et invenerunt quod orizon cadebat in circulo mediae noctis ultra circulum Cancri per gradus 4 minuta 3 secunda 30 et ibi fecerunt punctum t. Deinde diviserunt circulum equinoctialem et Capricorni per 12 divisiones ut supra ducentes lineas circulares a puncto t per quamlibet dictarum divisionum. Tunc ymaginati sunt spheram depressam ut prius. Et invenerunt principium Geminorum et finis Cancri in linea mediae noctis tangebat dictum punctum t. Necesse ergo fuit quod existente sole inter duos terminos semper appareret sol in regione illa quia tunc vadit in orizonte ex parte spatii diei. Et existente sole ad principium Sagittarii usque ad finem Capricorni semper erit nox quia existente sole inter duos terminos continue vadit ultra orizontem in spatio noctis. Iterum ymaginati quod cenith regionis esset longe per gradus 78 minuta 30 et invenerunt quod orizon cadebat et in linea mediae noctis ultra circulum Cancri per gradus 15 minuta 3 secunda 30. Et ibi fecerunt punctum v. Deinde diviserunt equinoctialem et Capricornum ut supra et a dicto puncto v duxerunt lineas circulares per quaslibet divisiones. Tunc ymaginati sunt spheram depressam ut prius. Et invenerunt quod principium Tauri et finis Leonis in linea mediae noctis tangebat punctum v. Ideo necessarium fuit quod sole existente in principio Tauri usque ad finem Leonis semper appareret super terram in regione illa quia tunc vadit in orizonte per spatium diei. Et existente ad principium Scorpionis usque ad finem Aquarii semper occultatur ibi quia semper vadit ultra orizontem in spatio noctis. Iterum ymaginati sunt quod cenith regionis esset sub polo artico. Et invenerunt quod orizon erat unum et idem cum circulo equinoctiali. Et quod principium Arietis et finis Geminorum tangebat orizontem; ideo necessarium fuit quod sol ibi continue appareret ipso existente a principio Arietis usque ad finem Virginis. Et ad principio Librae usque ad finem Piscium semper ibi occultatur.

De ecliptica et signis zodiaci

Item ymaginati sunt spheram esse ut prius. Et imaginati sunt circulum transeuntem per orientem et occidentem secantem equinoctialem in punctis ubi collurus qui transit per orientem et occidentem secat equinoctialem. Et transiens dictus circulus per parallelos Cancri et Capricorni scilicet ubi collurus meridiei et mediae noctis secat dictos parallelos. Hunc circulum vocaverunt circulum eclipticae qui est de circulis maioribus. Hunc circulum diviserunt in duodecim partes equales quas appellaverunt signa videlicet Aries / Taurus / ~~Cancer / Leo / Virgo / Libra~~ / Gemini / Cancer / Leo / Virgo / Libra / Scorpius / Sagittarius / Capricornus / Aquarius / et Pisces. Ponentes principium Arietis in orizonte ubi collurus secat equinoctialem scilicet ex parte septentrionis. Et ex parte meridiei finem Piscium. In puncto mediae noctis ubi collurus secat parallelum

que linee designate duo spatia quarum unus sit
maior altero in uno quorum scilicet maiori scribere poss-
is figuras horarum Et in alio gradus designare Et
ad eandem lineas divide in partes duodecim equales
Et scribe in prima divisione que est prope centrum
.1. in 2a scribe 2 sic procedas usque ad divisio-
nem ultimam in qua scribes 12 postea vero spatium
quod est prope lineam fiducie divide per 5 qualibet 12am di-
visionum si potes vel per plures sive pauciores
partes secundum magnitudinem quadrantis Et ipsas
divisiones pone in linea prima que eadem divisiones
es etc. scribat horas diei ~~tali~~ nisi Nota ad
inveniendum horas pone regulam in gradus altitudi-
nis atot per quot ascendit sol in meridie illius
diei qua quis Et ~~vide~~ vide qua illarum divisi-
onum fiducie tangit lineam hore sexte Nam
illa divisio demonstrabit tibi tota illa die so-
lis horas illius diei movendo eam per horas
alias secundum altitudinem solis in quacumque alia ho-
ra volueris Et eodem quod est in margaritam demo-
strat

figura dorsi astrolabij



De facie astrolabii facienda

Cum facere volueris faciem astrolabii primo et ante omnia fac tabulam subtilem et planam et equalis grossitudinis in omni parte et rotundam secundum descriptionem circuli limbi ita quod tabula ipsa recte et equaliter cadat super matrem tangendo limbum ex omni parte. Dimitte enim in extrema parte tabule ultra rotunditatem denticulum unum ad longitudinem et latitudinem concavitatis quam fecisti in limbo in qua concavitate possit intrare denticulus ille usque ad summum immobiliter permanendo in ipsa. Tunc in medio latitudinis ipsius denticuli fac punctum super quod pone regulam atque super centrum tabule et describe lineam que sit diameter ipsius ad ultimum. Tunc pone regulam super matrem ita quod denticulus intret in concavitate limbi et vide diligenter si diameter eius cadat in ipsa divisione limbi. Et vide diligenter si diameter eius cadat in prima divisione limbi et caput diametri oppositum cadat in gradu 180 longe ab ipsa divisione prima. Et tunc scias te veraciter operatum fuisse aliter non. Deinde pone pedem circini immobilem in centro et pedem mobilem longe ab extremitate tabule per tantam distantiam quantam vis facere denticulum retis et sic describe circulum. Qui erit circulus Capricorni sive solstitium yemale et fac et aliam diametrum que secet primam orthogonaliter in centro. Deinde scribe .a. in superiori parte ubi diameter secat circulum Capricorni. Et in opposito scribe .b. In diametro transversali ex parte orientis scribe .c. Et ex parte occidentis .d. et in centro .e. Erit enim linea .e.a. linea meridiana. linea .e.b. linea medie noctis. linea .e.c. orientalis. linea .e.d. occidentalis. Deinde quartam circuli .d.b. divide in 90 partes equales de quibus accipe partes 23 et dimidiam longe a .b. versus .d. ducendo intersectionem a puncto .b. et ibi fac punctum .f. et super .c. eundo. Pone ergo regulam super punctum .f. et super .c. et ubi regulam secat lineam .e.b. ibi fac punctum .g. Tunc pone pedem circini immobilem super centrum et pedem mobilem super .g. et describe circulum et ubi dictus circulus secat lineam meridianam scribe .h. et ubi secat lineam orientalem scribe .i. Et ubi secat lineam occidentalem scribe .k. qui erit circulus equinoctialis quem divide in partes 360 equales de quibus in quarta que est a puncto .g. versus .k. accipe partes 23 1/2 longe a puncto .g. versus .k. Et ibi fac punctum .l. super quod pone regulam atque super punctum .i. et vide ubi regulam secat lineam .e.g. et ibi fac punctum .m. Tunc pone pedem circini immobilem in centro et pedem mobilem in puncto .m. et describe circulum qui erit circulus Cancri sive solstitium estivale. Scribe ergo .n. ubi circulus ipse secat meridianam. Et ubi secat lineam orientalem scribe .o. et ubi secat occidentalem .p. ut in figura scripta apparet.




figura demonstrans faciem astrolabii

De almucantarath fiendis in facie astrolabii

Cum volueris facere almucantarath in facie astrolabii primo vide et considera ad quam latitudinem sive regionem facere vis et quot gradus erit ipsa latitudo tot gradus accipe in linea meridiana scilicet a puncto .h. versus .b. Et ibi fac punctum .q. scilicet in circulo equinoctiali super quem punctum .q. pone regulam atque in puncto .k. Et ubi regulam secat lineam .e.a. que est linea meridiana ibi fac punctum .r. Qui erit cenith illius regionis. Deinde pone regulam super punctum .k. et super unum gradum longe a puncto .q. versus .b. idest super intersectionem unius gradus facta in equinoctiali longe per unum gradum a puncto .q. que longitudo graduum accipitur ad circulum limbi accedens et ubi cadit regulam in equinoctiali ibi fit intersectio et sic intellige per sequentes. Et ubi regulam secat lineam .e.a. fac quandam notam linea vero que est inter istas duas notas divide in duas partes equales et pone pedem circini immobilem in medio earum ita quod pes mobilis cadat in utraque nota et sic describe circulum qui circulus almucantarath. Similiter autem pone regulam et super gradus longe a puncto .q. versus .h. Item a puncto .q. versus .b. et fac duas notas in linea meridiana ut prius fecisti in medio quarum pone pedem circini immobilem ita quod pes mobilis cadat in utraque nota Et sic describe circulum ut prius fecisti qui circulus erit secundus almucantarath et sic procedas de gradu in gradum extra utraque parte usque dum veneris ad gradus 90 tunc note quedam almucantarath cadunt in linea .e.b. sive in linea medie noctis. Circulus autem descriptus cum gradibus 90 erit orizon obliquus regionis illius ad quam facta est tabula illa quod orizon obliquus debet terminari in puncto .k. et in puncto .i. Si omnis linea .e.a. non erit satis longa ad faciendas notas predictas protrahe eam extra punctum .a. per tanta longitudinem quod sufficiat ad dictas notas faciendas Et quod astrolabia sive facies non possunt fieri de gradu in gradu ymo in aliquibus fuerit de 2 in 2 gradus 1/2 vel de 3 in 3 vel de 4 in 4 vel de 5 in 5 vel de 6 in 6 secundum magnitudinem et parvitatem astrolabii

ibi fac notam. Item pone regulam in puncto k et in gradu 1 longe a puncto .q. versus .h. et ubi regulam secat lineam .e.a. +

vel fiunt duo secundum longitudinem ... astrolabium

De aurora fienda in facie astrolabii

Cum enim volueris facere lineam aurore sive crepusculi pone regulam in gradu 108 longe a puncto .q. versus .h. et ibi fac notam hec cadit in linea .e.a. extra punctum .a. extra circulum limbi super qua nota pone regulam et super punctum .k. et ubi regulam secat lineam .e.a. ibi fac notam. Item pone regulam in gradu 108 versus .b. et hoc est ducitur ad centrum scilicet in circulo equinoctiali et ibi fac notam super quam notam pone regulam et super punctum .k. et ubi regulam secat lineam .e.b. scilicet ex parte .b. que est linea medie noctis ibi fac aliam notam. Et lineam que est inter istas duas notas divide in duas partes equales Et pone pedem circini in medio earum ita quod pes mobilis cadat in utrasque notas Et sic describe circulum ab oriente in occidentem et terminetur in circulo Capricorni ex utraque parte qui erit circulus aurore sive crepusculi scilicet quod quando sol pervenit ad illam partem circuli que est ad lineam medie noctis versus orientem tunc est initium crepusculum matutinalis Et quando sol pervenit ad illam partem circuli que est alia medie noctis versus occidentem tunc est finis aurore sive crepusculi serotini

fighura demostrans almuchatarath



De azimuth fiendis in facie astrolabii

Cum volueris facere azimuth primo considera ze-
nith illius regionis ad quam facere vis tabulam
ut supra ostensum est. Deinde pone pedem circini
immobilem in lineam medie noctis in tali loco quod
pes mobilis cadat in zenith illius regionis et
in puncto .y. Unde circulus fiendus secabit equinoctia-
lem et orizontem orientalem. Et in puncto .k. in
circulus et fiendus secabit orizontem occidentalem et
equinoctialem. Nunc quidem intersecatio accipitur
sicut illa de tribus punctis et sic describe circulum
completum qui transeat per ista duo puncta scilicet per punctum
.k. et per punctum .y. et punctum regionis. Et secet
lineam medie noctis in puncto .x. scilicet in ipsa inter-
secatione quam facit iste circulus. Et in linea medie
noctis scribe .x. punctum .x. cadit in linea medie
noctis ducta ex circulum limbi qui circulus describit
primum azimuth. In puncto autem in quo posuisti pedem
circini immobilem scribe .b. usque ad finem astrolabii
et in plus si necesse est in quantum quidem linea nece-
ssarium est ut cadat omnium azimuth centra.
Deinde divide deinde circulum primi azimuth a pu-
ncto .y. versus punctum .x. in partes 90 equales.
Et similiter dividas a puncto .x. usque ad punctum .k.
in 90 partes equales. Tunc pone regulam super
zenith et super primam divisionem quam fecisti a puncto
.y. versus .x. Et ubi linea / e.y. / que vadit ad
a centro versus oriente secat^r angulo ibi fac punctum.
Et similiter facias cum qualibet divisionum que sunt inter
.y. et .x. et cum zenith notando semper in linea .e.y.
Similiter quoque facias cum omnibus divisionibus que sunt
a puncto .y. in puncto .k. et cum zenith semper notando in
linea .e.k. Deinde pone pedem circini immob-
ilem in linea que secat ortogonaliter lineam medie
noctis in puncto .f. in tali loco quod pes mobilis ca-
dat in zenith et in prima divisione que est a puncto .y.
versus .e. et in puncto .x. quod facere poteris si inter-
secabis inter zenith et punctum .k. et punctum .y. Et
sic describe circulum ab orizonte orientali qui
transeat per zenith usque ad oppositam partem ad
circulum Capricorni sive orizontem occidentalem.
Tunc noli restringere neque ampliare circinum
set in illo statu pone pedem circini immobilem super
predictam lineam que secat ortogonaliter lineam medi-
e noctis a puncto .f. in tali loco quod pes mobilis
cadat super zenith et super primam divisionem que
est a puncto .k. versus .e. et sic describe circulum
ab orizonte occidentali qui transeat per zenith
et vadat usque ad circulum Capricorni sive ori-
zontem occidentalem ex parte opposita. Et
similiter facias in secunda divisione in 3^a et in
4^a et cetera usque ad 90 ex utraque parte. Et habe-
bis omnes azimuth completos. Et est necess-
arium quod in quocumque loco ponatur pes circini
immobilis cadat in zenith. Et quod pes mo-
bilis similiter cadat in puncto .x. Aliter autem
dicta linea cum linea medie noctis non esset or-
togonalis. Et quia durum esset 90 azimuth facere
ex utraque parte tabule. Ideo facere poteris de duobus
in duobus et provenient azimuth 45 vel de tribus in tribus
et provenient 30 / vel de 5 in 5 et provenient 18
vel de sex in sex provenient 15 / vel de 9 in 9 et pro-
venient 10^m secundum quod est magnitudo illius astrola-
bii.

figura de monstrando azimuth




figura rethis astrolabii



De horis faciendis in facie astrolabii

Cum volueris constituere horas in facie astrolabii divide circulum Cancri ab orizonte orientali scilicet obliquo usque ad lineam medie noctis in 6 partes equales. Tunc super punctum prime divisionis que est ab orizonte orientali versus lineam medie noctis scilicet super 2^am^ 2 super 3^am^ 3 super 4^am^ 4 super 5^am^ 5 sextus autem punctus debet cadere in linea medie noctis recte. Item divide circulum Cancri scilicet ab orizonte occidentali usque ad lineam medie noctis similiter divide in sex partes equales scribendo in ipso puncto qui est ab orizonte occidentali usque ad lineam medie noctis scilicet in primo 2 in 3° 3 et sic de aliis punctis in alia parte fecisti. In circulo Capricorni aut Equinoctiali eidem orizonti recto et obliquo. Et in circulo Capricorni ab orizonte orientali usque ad lineam medie noctis et ab orizonte occidentali usque ad lineam medie noctis predictam. Et in dictis punctis scribe ut in circulo Capricorni scripsisti. Deinde pone pedem circini inmobilem in tali loco quod pes mobilis cadat super primum punctum circuli Cancri et super primum Equinoctialis et super primum Capricorni ex parte orientis. Quod non facere poteris si feceris intersecationem trium punctorum et deinde scribe circulum qui transeat per ista duo puncta scilicet a primo puncto Cancri usque ad primum equinoctialis et primum Capricorni. Tunc dicto circino non ampliato neque restricto pone pedem mobilem in tali loco quod pes mobilis cadat super primum punctum Cancri et super primum equinoctialis ad quod Capricorni et fac circulum prout fecisti ex parte orientis quod facere poteris si feceris intersecationem circino non ampliato nec restricto inter illud quod inter lineam .E.B. et zenith per quod punctum debet transire azimuth. Postea vero pone pedem circini inmobilem in tali loco quod pes mobilis cadat in secundo puncto Cancri Equinoctialis et Capricorni ex parte orientis et fac circulum qui secet ista duo puncta prout prius fecisti. Cum quo circino non ampliato nec restricto fac circulum qui secet secunda puncta que sunt ex parte occidentis. Similiter autem facias in tertius et quartus et in quintus punctus tam ex parte orientis quam ex parte occidentis et habebis horas duodecim constitutas. In primo quorum spatio hore quod ex parte occidentis scribe scilicet in 2° 2 in 3° 3 et sic procedas scribendo in quolibet spatio usque ad ultimum in quo scribas 12 que hora 12 finitur in orizonte orientali. In medio autem ipsius tabule scilicet inter circulum et orizontem scribas latitudinem ad quam facta est tabula illa.

De rethe facienda in facie astrolabii.

Cum volueris facere rethem in astrolabio fac tabulam illius magnitudinis que est una tabularum facierum astrolabii in qua describe circulos scilicet Cancri Equinoctialis et Capricorni similes equales illorum qui descripti sunt in facie astrolabii fecisti secantes se ortogonaliter in centro. In punctis autem in quibus dicta diametra secat dictos circulos scribe puncta similia illorum que in facie astrolabii scripsisti ut supra. Deinde pone pedem circini inmobilem in linea E.D. vel in tali loco in medio .A. .H. quod pes mobilis cadat in puncto H in circulo Capricorni secat lineam meridianam. Et in puncto A in circulo Cancri secat lineam medie noctis et cadat in puncto Y et K ubi Equinoctialis secat lineam orientalem et occidentalem et sic deinde scribe circulum qui erit circulus linee ecliptice. In eius centro scribe .G. In quo centro pone pedem circini inmobilem et restricto circino fac circulum qui parum distet a primo in quo spatio possis gradus designare. Item restricto circino aliquantulum fac alium circulum qui tantum distet a secundo quod in illo spatio possis numeros graduum scribere. Item restricto circino fac alium circulum sic distantem a 3° quod in illo spatio possis scribere nomina signorum. Tunc suspende dictam tablam in circulo exteriori et interiori scilicet fac quod dicta scissio transeat ex utraque parte tabule equaliter. Et dimitte ex circulo Capricorni in linea meridiana denticulum ex puncto H qui vadit usque ad limbum qui scindat per medium linea meridiana. Medietatem vero ipsius denticuli que est ad lineam meridianam versus occidentem abrade ita quod acies ipsius denticuli recte remaneat in linea meridiana. Cum denticulus vocatur almuri sive ostensor. Dimitte et in ipsa brachia interius et ex secundum quod in figura infra scripta patet. Postea in centro ipsius tabule sive rethis in puncto G fac foramen illius magnitudinis quam fecisti in tabula et matre. Tunc pone dictam tablam sive rethem super faciem astrolabii. Et cum clavo sive axe clavi sive constringe alidadam matrem tabulas et rethem insimul et pone in dicto clavo equum sive cuneum qui teneat omnia insimul bene et equaliter constricta. Deinde pone denticulum sive almuri in linea meridiana que est in principio divisionum limbi. Et ubi linea meridiana tunc secat eclipticam sub tabulis. Prima ubi a puncto H versus orientem erit initium Capricorni. Et ubi dicta diameter secat lineam medie noctis in puncto .A. ex parte occidentis ibi erit initium Cancri. Ubi enim alia diameter secat eclipticam ex parte orientis in puncto Y versus mediam noctem ibi erit initium arietis. Et ubi dicta diameter secat eclipticam in puncto K versus occidentem ex parte meridiei ibi erit initium libre. Tunc move rethem donec almuri cadat in gradu 32 minuti 13 limbi. Et ubi lineam meridianam tunc secat eclipticam ibi fac notam quia ibi erit principium aquarii. Et ubi lineam medie noctis secat eclipticam fac aliam notam quia ibi erit principium leonis. Item move rethem versus occidentem donec almuri cadat in gradu 62 minuti 7 limbi. Et ubi linea meridiana tunc secat eclipticam ibi fac notam quia ibi erit principium piscium. Et ubi lineam medie noctis secat eclipticam ibi fac aliam notam quia ibi erit principium virginis. Postea vero move rethem versus orientem usque dum almuri cadat in gradu 32 minuta 13 limbi longe ad lineam meridianam. Et in linea meridiana tunc secat ecliptica ibi fac notam quia ibi erit initium sagittarii. Et in linea medie noctis secat eclipticam ibi fac notam quod ibi erit initium geminorum. Item move rethem donec denticulus cadat in gradu 62 minuta 7 limbi longe a puncto H versus orientem. Et ubi linea meridiana secat eclipticam ibi fac notam quod ibi erit initium scorpionis. Et ubi linea medie noctis secat eclipticam ibi fac aliam notam quia ibi erit principium tauri

De eadem rethem

Tunc dictam rethem exclaua et extrahe ad faciem astrolabii et pone regulam super punctum C vel 3 in centro et super primam divisionem quam fecisti in ecliptica et scinde omnes illos tres circulos et similiter facias de secunda divisione in 3a et in 4a et cetera usque ad 12am. Et nota quod si ducatur linea a principio cuiuslibet signi per centrum usque ad oppositam partem necessarium est ut cadat per circulum rethe in principio oppositi signi, aliter autem esset opus falsum. Deinde in spatio sive circulo extremiori a prima divisione que est a puncto A versus Y scribe Capricornum, in secunda Aquarium, in 3a Pisces. Item in principio prime divisionis que est a puncto Y versus M scribe Arietem, in 2a Taurum, in 3a Geminos. Item in principio prime divisionis que est a puncto M versus K scribe Cancrum, in 2a Leonem, in 3a Virginem. Item in prima divisione que est a puncto K versus A scribe Libram, in 2a Scorpium, in 3a Saggittarium. Postea vero pone rethem super faciem astrolabii et claua eam ut prius cum matre et tabulas. Et tunc pone almuri in linea meridiana et move rethe versus occidentem donec almuri cadat in gradu 5 contra 18 limbi, et ubi linea meridiana secat eclipticam ibi fac notam quia illa divisio secat eclipticam et continebit gradus 5 Capricorni. Item move rethem donec denticulus cadat in gradu 10 contra 5 limbi. Et ubi linea meridiana tunc secat eclipticam fac ibi notam quia ipsa divisio similiter continet gradus 10 Capricorni. Et ubi linea medie noctis tunc secat eclipticam fac notam quia ipsa secunda divisio similiter continet gradus 10 ~~Capricorni~~ Cancri, et sic facias successive donec denticulus pervenerit in lineam occidentalem et tunc in linea meridiana debet iacere finis Piscium. Uno secundo pone denticulum in linea meridiana versus lineam orientem movendo rethem donec almuri cadat in gradu 5 contra 28 limbi. Et ubi linea meridiana secat eclipticam ibi fac notam quia illa divisio continet gradus 5 in ultima quarta Saggittarii et similiter linea medie noctis dabit tibi ultimam quartam Geminorum. Item move rethe versus orientem quousque almuri cadat in gradu 10 contra 23 limbi, et operare ut in alia parte versus occidentem fecisti quousque pervenias cum almuri in lineam orientalem. Et tunc debet cadere finis Geminorum in linea meridiana. Et finis Piscium in linea medie noctis. Et sic habebis complementum omnium signorum prout in tabula in scripta de elevatione signorum in circulo directo per ordinem continetur. Et gradus ecliptice cum gradibus equinoctialis. Post hec autem extrahe rethem ad faciem astrolabii et pone regulam in centro et equalibus notatis divisionibus et seca solum modo duo spatia exteriora. Deinde in prima divisione Capricorni que est a puncto A versus Y vel 3 in secundo circulo exteriori scribe 5, in 2a 10, in 3a 15, et sic procede cum quinario successive usque ad 30 et habebis totum signum Capricorni completum. Et similiter facias in omnibus aliis signis. Postea quodlibet spatium quinariorum divide per 5. Et in equalibus divisione secta solum modo circulum extremiorem et sic habebis gradus 360

Tabula ascensionum signorum in circulo directo sive in orizonte recto

Gradus zodiaci	Capricornus / Cancer — Equinoctialis		Gradus zodiaci	Aquarius / Leo — Equinoctialis		Gradus zodiaci	Pisces / Virgo — Equinoctialis	
G	G	M	G	G	M	G	G	M
1	1	6	31	32	15	61	62	4
2	2	11	32	34	17	62	64	1
3	3	16	33	35	19	63	64	58
4	4	22	34	36	21	64	65	55
5	5	28	35	37	23	65	66	52
6	6	33	36	38	24	66	67	48
7	7	38	37	39	26	67	68	45
8	8	43	38	40	27	68	69	41
9	9	48	39	41	28	69	70	37
10	10	53	40	42	29	70	71	33
11	11	58	41	43	29	71	72	29
12	13	3	42	44	30	72	73	25
13	14	8	43	45	30	73	74	21
14	15	13	44	46	30	74	75	17
15	16	18	45	47	30	75	76	12
16	17	23	46	48	30	76	77	8
17	18	27	47	49	29	77	78	2
18	19	31	48	50	28	78	78	59
19	20	35	49	51	27	79	79	55
20	21	39	50	52	26	80	80	49
21	22	43	51	53	25	81	81	45
22	23	47	52	54	24	82	82	40
23	24	51	53	55	22	83	83	35
24	25	55	54	56	20	84	84	30
25	26	58	55	57	19	85	85	25
26	28	1	56	58	17	86	86	20
27	29	4	57	59	18	87	87	15
28	30	7	58	60	12	88	88	10
29	31	10	59	61	10	89	89	5
30	32	13	60	62	7	90	90	0
Saggittarius			Scorpio			Libra		
Geminus			Taurus			Aries		

Tabula locorum stellarum fixarum et earum declinationum ab equinotiali et gradus cum quibus mediat celum.

Longitudo		Noīa stellarum	Signa	Latitudo sive declinatio ab equinoctio		Pars declinationis	Cum quibus gradibus mediat celum	
g	m			g	m		g	m
		Razel mire	Aries	24	39	Sept	350	4
7	56	Chalbo lonem	Aries	21	28	Sept	4	33
20	28	Stemes mesmacua	Aries	16	33	Sept	17	5
29	47	Aldebaran	Taurus	14	41	Sept	56	24
6	11	Razaguel	Taurus	38	4	Sept	33	48
8	2	Rigel alzebat	Gemini	10	10	meridional	64	49
6	51	Alachit / Alanot	Gemini	44	34	Sept	63	28
21	53	Melchibit alzebat	Gemini	5	59	Sept	78	30
10	58	Archab erleney	Gemini	30	4	Sept	67	35
3	2	Aiom alenabat	Gemini	12	43	Sept	89	39
17	48	Razal ganyet	Gemini	8	37	Sept	74	25
5	28	Afthare alabor	Cancer	15	38	meridional	92	5
15	40	Aschare algumixat	Cancer	6	43	Sept	102	17
13	5	Razatayl alnut	Cancer	32	57	Sept	99	42
16	38	Razatonon alnnal	Cancer	29	16	Sept	103	15
20	49	Cedre alteratan	Cancer	21	51	Sept	14	26
23	36	Carbalacet	Leo	15	51	Sept	140	13
21	2	Anne algurab	Virgo	17	39	meridional	170	39
17	37	Aldarfa finus	Virgo	19	0	Sept	164	14
12	59	Alchimec alazel	Libra	6	26	meridional	189	35
28	19	Alcamec alramee	Libra	24	25	Sept	204	56
27	47	Carbaba etab	Scorpius	22	38	meridional	234	24
13	23	Razalan	Sagittarius	13	39	meridional	253	0
			Sagittarius	35	33	Septen	248	47
12	10	Stolet alatrab	Capricornus	38	27	Sept	271	20
4	43	Armazel alyaba	Capricornus	6	34	meridional	285	35
18	58	Nazel altair	Capricornus	22	48	meridional	270	4
3	25	Alimaran	Aquarius	42	0	meridional	255	0
		Fomaant algisto	Aquarius	42	35	Septentrio	302	51
6	14	Aeb aldigeba						
18	43	Iyao felz alferaz	Aquarius	6	51	Sept	315	20
5	29	Rocubes alhonga	Aquarius	36	33	Sept	302	4
7	44	Matab alferaz	Pisces	23	18	Sept	334	21
4	14	Denebet chimuz	Pisces	22	19	meridional	330	51

Qualiter ponuntur stelle in rethe astrolabij

Cum volueris ponere stellas in rethe astrolabij vide in tabula astrorum superius scripta cum quo gradu zodiaci mediat celum id est illa stella quam in ipso vis ponere. Tunc pone regulam in centro et super illum gradum cum quo dicta stella mediat celum quem gradum computabis in gradibus designatis in ecliptica incipiendo a primo gradu arietis et procedendo versus lineam medie noctis et describe lineam subtilem in ipsa tabula sive rethe. Deinde vide latitudinem quam habet ipsa stella ab equinotiali. Et dictam latitudinem nota in ipsa tabula faciens astrolabij scilicet in linea meridiana aut sit septentrionalis aut australis ipsam latitudinem. Et ibi fac notam. Quoniam in rethe non est manifesta distantia hec latitudo ab equinotiali ideo potes eam sumere in facie astrolabij et potest accipi hec latitudo computando almucantarath ab equinotiali versus punctum A vel versus punctum C. Et sic invenies latitudinem ita in rethe poteris figurare longe ab equinotiali rethis versus punctum A si stella illa quam vis ponere est meridiana vel versus punctum C si stella illa est septentrionalis. Et aut sciendum quod si stella illa quam vis ponere in astrolabio est meridiana tunc eius latitudo debet accipi incipiendo ab equinotiali circulo in linea meridiana versus punctum A. Et amplius circa circulum capricorni. Et quod a circulo capricorni equinotialis usque ad circulum capricorni non sunt nisi gradus 23½ adeo si ipsa stella meridiana habuerit plus quam hoc de latitudine in astrolabio poni non potest. Si aut ipsam stellam quam vis ponere in astrolabio est septentrionalis quantecumque magne latitudinis sit ibi potest poni. Item sciendum est quod gradus cum quo stella mediat celum et earum quem primus incipit ab ariete scilicet ad principio arietis et postea pone pedem circini immobilem in puncto. Et et mobilem in puncto nota quam fecisti in linea meridiana. Deinde duc pedem mobilem usque ad lineam subtilem quam fecisti dicto quod non pes mobilis cadit id est non intersecat dictam lineam ille est locus in quo debet poni stella illa.

Explicit compositio astrolabij

Incipit praticha astrolabij
De nominibus instrumentorum

Nomina instrumentorum astrolabij sunt hec. Primum est annulus sive armilla suspensoria ad accipiendum altitudines. Deinde est ansa que iungitur ei. Post ea mater sive rotula. Et limbus divisus in partibus 360 intus cum ea continens in se omnes tabulas et rethe sive araneam. In tabulis aut continentibus in facie astrolabij describuntur tres circuli quorum unus est circulus Cancri qui est minor maior est circulus Capricorni medius est circulus equinotialis. Deinde est Cenith regionis. Dicitur enim Cenith regionis ille punctus firmamenti in quo terminatur illa linea que exit ad centro terre transiens per capita existentium in illa regione usque ad firmamentum in linea meridiana. Postea sunt almuchantarath circuli 90 descripti circa Cenith quorum ultimus est orrizon obliquus in linea meridiana dividens duo emisferia. Quorum circulorum gradus sive circulorum quidam sunt integri quidam apparent in perfecti. Deinde postea azimuth circuli exeuntes a Cenith dividens orrizonte et almuchantarath in partibus 360. Deinde sunt hore 12 in feriori circulo describte inter quas est circulus Differentias demostrans crepusculum matutinum et vespertinum. Postea est linea recta diametralis exiens ab armilla per centrum usque ad oppositam partem matris. Cuius medietas scilicet ad centro versus armilla vocatur linea meridiana. Et alia medietas vocatur linea medie noctis sive angulus terre. Deinde est alia linea diametralis secans primam diametralem ad centro et vocatur orizon rectus. Dextra pars versus oriente vocatur orizon orientalis. Et pars versus occidentem vocatur orizon occidentalis. Deinde est rethe in qua sunt descripta signa 30 gradus cuius extremitas vocatur linea ecliptica. Item sunt stelle fixe in ipsa rete constitute quarum quedam vocantur septentrionales et quedam australes. Et est sciendum quod dupliciter intelligitur australis et septentrionalis scilicet ab ecliptica et ab equinotiali. Dicuntur enim omnes stelle que sunt versus meridiem australes. Et que sunt ab ecliptica versus septentrionem vocantur septentrionales. Secundo modo omnes stelle que sunt ab equinotiali versus septentrionem vocantur septentrionales ~~vel australes [illegible] composito~~ ~~res astrolabij~~. Et que sunt versus meridiem vocantur meridionales vel australes. Ideo compositores astrolabij aliqui accipiunt latitudinem stellarum ab ecliptica. Et aliqui ab equinotiali sed idem est. Nos aut accipimus eam in hoc opere ab equinotiali usque in ipso rethem scilicet a principio Capricorni et dentic[ulus] constitutus in ecliptica qui vocatur ostensor sive almuri. Postea est foramen in ipso rethe in tabulis matre et allidada in quo foramen est axis retinens predicta in qua axe est equus sive cuneus restringens in se omnia predicta. Item aut postea in dorso scilicet in dorso sunt duo circuli quorum unus continens numerum dierum anni dies 365 et nomina mensium. Et alter continens gradus signorum 360 et nomina signorum. Sunt et

quatuor quante ad capiendas altitudines solis et stellarum. Posterior est quadrans cuius latera in puncta 12 sunt divisa. Deinde regula sive allidada que circumvolvitur in dorso astrolabii in qua sunt duo tabule perforate ad capiendas altitudines solis in die et stellarum in nocte. Sunt et in dorso duo linee diametrales ortogonaliter se contingentes in centro una quarum videlicet illa que exit ab armilla usque ad oppositum designat lineam meridianam et medie noctis, et alia diameter designat orizontem orientalem et occidentalem ut prediximus in facie astrolabii.

De habendo gradum solis per diem

Cum igitur scire volueris signum et gradum in quo est sol pone regulam sive allidadam super diem mensis de quo queris et vide signum et gradum tactum a summitate allidade in quo scies esse solem in illa die. Similiter per signum et gradum solis invenio solem esse in tali signo et tali gradu secundum mensis diem in quo sit. Et volueris scire diem illius mensis pone regulam super illud signum et gradum solis et vide tunc mensem ac diem tactum a regula quem erit dies quam queris.

De altitudine solis et stellarum invenienda

Cum volueris scire altitudinem solis vel alicuius stelle altitudo enim solis est elevatio solis ab orizonte recto in dorso vel obliquo in facie quia orizon est linea orientalis et cetera. Cum ymaginetur una linea que exeat a cenith capitis et vadat usque ad altitudinem solis vel stelle si de stella agis. Dico quod illa linea vocatur azimuth. Suspende astrolabium per armillam illam cum manu dextera et soli opposito ex parte sinixtra volve allidadam donec radii solares solaris transeat per foramina minora utriusque tabule allidade. Tunc vide quot gradus sunt a linea orientali usque ad gradum secatum a regula et tot gradus erit elevatio sive altitudo solis in illa hora. Si enim in nocte altitudinem alicuius stelle vel cuiusque scire volueris suspende astrolabium eo modo quo dictum est de sole et move regulam id est allidadam donec per foramina minora allidade utriusque tabule stellam illam videre possis. Et ille gradus quem regula tetigerit ex parte linee orientalis erit elevatio stelle illius ut de sole dictum est. A mane usque ad meridiem sumitur elevatio solis sive altitudo a linea orientali usque ad lineam meridianam. Sed post meridiem sumitur eius altitudo sive elevatio ad lineam occidentalem ad lineam meridianam. Et similiter intellige de altitudine stelle. Quia a sero usque ad mediam noctem sumitur eius altitudo ad lineam orientalem. Et hoc si stella sit orientalis. Sed post mediam noctem sumitur ad lineam occidentalem ad lineam meridianam.

De altitudine regionis habenda

Latitudo regionis vel regionum sic intellige distantia a cenith capitis usque ad lineam equinoctialem per lineam meridianam vocatur ~~linea~~ latitudo vel certa distantia que est a regione qua sumus usque ad locum ubi equinoctialis facit cenith in linea meridiana vocatur latitudo vel elevatio poli ab orrizonte obliquo in illa regione vocatur latitudo vel elevatio orrizontis recti in linea medie noctis ab orrizonte obliquo quod idem est cum elevatione poli eo quod circulus orizon rectus semper vadit cum polo et vocatur latitudo. Cum igitur illius regionis videlicet cuiuscumque in qua sumus latitudinem volueris invenire existente sole in principio Arietis et Libre vide altitudinem solis in die illa scilicet in meridie quia in omni regione non equaliter elevatur in ~~meridie~~. Et quot gradus sol elevatur in meridie in die illa minue a 90 et residuum fuerit latitudo illius regionis qua sumus. Si autem in aliis temporibus quam existente sole in principio Arietis et Libre volueris scire vel invenire latitudinem regionis in qua sumus die vide altitudinem solis in meridie in die illa. Si enim fuerit sol in signis que sunt a principio Arietis usque ad finem Virginis de ipsa altitudine solis minue declinationem solis illius diei. Et quod residuum fuerit altitudo solis ipso existente in principio Arietis et Libre, id est ac si esset in principio istorum signorum Arietis et Libre. Usque ad finem Piscium declinationem solis adde de altitudine et quod collectum fuerit erit altitudo solis ipso existente ipso existente in principio Arietis et Libre. Tunc ipsam altitudinem minue a 90 et quod residuum fuerit erit latitudo illius regionis. Declinationes vero solis continentur in tabula infra scripta in foliis circa tertium decimum.

De altitudine poli vel latitudine regionis

Si autem altitudinem poli volueris scire que demonstrat latitudinem regionis accipe latitudinem unius, id est ab oriente sicut est ad meridiem, ab occidente si post stellarum fixarum videlicet de sero de illis que non occultantur cum erit in linea meridiana a polo recte aspiciendo polum et eam altitudinem nota. Et similiter accipe altitudinem eius cum fuerit in linea medie noctis a polo videlicet in matutinis quia tunc erit in illa parte firmamenti. Et eam scribe. Post primam altitudinem et quod collectum fuerit examinabis dividere per duo et quod provenerit est altitudo poli sive latitudo regionis illius.

De longitudine regionis

Longitudo regionis est duplex videlicet ad vero occidente et ab occidente habitabili ultimo ut continetur in [illegible] ymaginetur quod spera sit divisa in linea equinoctiali in duo emisperia equaliter videlicet unum emisperium sit versus polum antarticum quod sit totum cohopertum aqua. Et aliud sit versus articum quod dividatur in duas partes una quarum partium est aqua cohoperta. Et alia discopta ab aqua sed non tota habitabilis sit illa quarta et est discohoperta in tali forma. Ymaginetur quod in equinoctiali ex parte orientis in principio terre discooperte sit punctus .A. et in opposito ex parte occidentis sit punctum .B. distans a puncto .A. per gradus 180 linee equinoctialis. Dico quod si ducantur duo linee videlicet a puncto .A. una usque in polum articum. Et alia in puncto .B. usque in eundem polum dicte duo linee

cum linea equinoctiali designabunt formam terre triang
gularem. Ideo dicitur quod longitudo vera vocatur distantia
que est ad verum occidentem. Verbi gratia a puncto b per lineam equinoctia
lem usque ad punctum ubi linea meridiana cuiuslibet regi
onis secat equinoctialem. Et quia vero occidentem usque
ad terram habitabilem sunt gradus 17 minuta 30 longitudo ha
bitabilis est minor per dictam quantitatem. Sed secundum
quod antiqui astrologi accipiebant longitudinem versus
occidentem. Moderni non accipiunt eam ab habitabili.
Si igitur volueris scire longitudinem alicuius regionis vide
et considera cum astrolabio initium eclipsis lunaris vel
solaris et quot horas sit ante meridiem vel post et in
illa regione de qua longitudinem queris quia aliter accipi non
posset. Vide et considera et per tabulas tollectanas vel
alfonsitanas horam in qua debet fieri initium eclipsis se
cundum tabulas ipsas. Et accipe differentiam horarum que est in
ter initium eclipsis secundum tabulas et initium eclipsis
quod accepisti in regione illa cuius longitudinem queris. Quam
quidem differentiam multiplica. Et quod provene
rit erit gradus distantie inter situm illarum duarum regionum.
Si autem regio in qua accipitur initium eclipsis cum astrola
bio fuerit orientalis regionis descripta cum qua et init
ium eclipsis accepisti ut dictum est adde differentiam distantiam
gradum super longitudinem illius regionis de qua agis in tabulis. Et
habebis longitudinem quesitam. Et si regio predicta de qua ag
is fuerit occidentalis minue et habebis longitudinem quesitam
vel aliter ipsam longitudinem accipe poteris. Eo quod luna per
tabulas quarum tabularum longitudinem scias. Et vide ad quot ho
ras diei fuerit in meridie. Tunc attende ut videas
quod luna sit in linea meridiana. Tunc eleva solem cum
de quot horas diei sint transacte. Tunc vide distantiam
horarum que sunt inter equationem quam fecisti in tabulis. Et
elevationem solis in illa die. Et dicta differentia vel di
stantia erit longitudo illius regionis quam queris vel in qua
stans eris ad longitudinem scripta in tabulis cum qua equasti
elevasti

Quot miliaria sunt inter duas reg iones

Cum volueris scire distantiam sive quantitatem miliarium
inter duas regiones nulla sit longitudo sed solummodo
latitudo id est quod ambe sint sub eadem linea meridiana. Tunc
accipe gradus distantie inter eas scilicet in latitudine. Quos multi
plica per 66 2/3 et exibunt miliaria geometrica per quot
una dictarum regionum distat ab altera. Et nota quod quili
bet gradus qui sunt in linea equinoctiali continet miliaria 66 2/3
de miliaribus geometricis. In aliis autem longitudinibus
preter quam in equinoctiali et in latitudine meridiana vel linea
quibus gradus continet diversam quantitatem miliarium secundum diver
sitatem regionis ut in tabula inscripta continetur. Sed de
miliaribus consuetis quod miliare est mille passuum quorum
quilibet est septem palmorum cum 1/2. Quilibet autem gradus eq
uinoctialis et meridiana continet gradus 66 2/3 ita quod 1 gradus
cum 2/3 continet miliaria 100 de consuetis. Et si inter istas
regiones erit solummodo longitudo sine latitudine accipe gradus
distantie in longitudine inter eas. Quos multiplica per
tot miliaria per quot continet quilibet gradus longitudinis in latitudine illa
vel in latitudine illius regionis ut patet in tabula inscripta.
Et tunc exibunt miliaria inter eas. Si vero inter duas re
giones fuerit latitudo et longitudo id est quod non sint in una longi
tudine nec latitudine accipe distantiam miliariorum ab una
illarum regionum que sit regio prima usque ad lineam meridianam al
terius in longitudine que sit regio secunda scilicet accipe distantiam inter
primam regionem et secundam ac si inter eas non esset nisi solummodo
longitudo sive latitudo. Et similiter accipe distantiam secunde reg
ionis usque ad lineam meridianam prime regionis vel accipe
distantiam inter secundam regionem et primam ac si inter eas non
esset nisi solummodo longitudo sive latitudo. Que miliaria simul agrega
simul agrega et quod collectum fuerit divide per duo et quod ex
ibit multiplica in se. Verbi gratia ponamus quod inter duas
regiones sit distantia gradus 10 in latitudine. Quos multipli
ca per 66 2/3. Et hoc quia quilibet gradus latitudinis continet miliaria
66 2/3. Quod quidem miliaria multiplica in se et provenient
miliaria 320734. Et hec sit multiplicatio latitudinis. Item
ponamus quod dicte regiones distent ab invicem per gradus 5
in longitudine. Et ponamus quod prima regio habeat latitudinem
ab equinoctiali per gradus 40 in quo loco quilibet gradus longitudinis
continet 44 miliaria ut patet in tabula. Ipsa miliaria
44 multiplica per 5 vel per distantiam regionum et provenient
miliaria 220. Item ponamus quod secunda regio habeat
latitudinem per gradus 50 in quo loco quilibet gradus longitudinis continet mili
aria 36 minuta 22 ut patet in tabula. Que miliaria
multiplica per 5 vel per distantiam regionum et provenient
miliaria 181 minuta 50. Et hoc agrega 220 et habebis
miliaria 401 minuta 50 que ~~multiplica per~~ divide in duo
et exibunt miliaria 200 minuta 55. Que multiplica in
se et habebis multiplicationem longitudinis scilicet 40307 quam
agrega cum multiplicatione latitudinis vel cum 320734
et exibunt ~~360~~ 361401 de quibus radicem accipe que
erit 984 vel circa. Et hec erit distantia inter
duas regiones in miliaribus geometricis. Et similiter
distantie miliaria secundum latitudinem multiplica in se quas
multiplicationes insimul agrega de qua agregatione
radicem accipe. Et hec erit distantia in miliari
bus geometricis inter ipsas regiones. Que quidem
miliaria geometrica sunt breviora miliaribus consue
tis in tantum quod quilibet gradus continet de ipsis miliaribus
consuetis 66 2/3. Sed de miliaribus consuetis continet so
lummodo 66 2/3 ita quod unus gradus cum dimidio conti
net miliaria consueta 100. Ideo si volueris redu
cere miliaria geometrica ad consueta divide mili
aria distantie per 66 2/3 et quod exibit multiplica per 10
qua multiplicatione adde super miliaria geome
trica que in distantia regionum invenisti et quod colle
ctum fuerit erunt miliaria consueta

Latitudo regionis ab equinoctiali in linea meridiana.	Miliaria contenta in quolibet gradu cuiuslibet regionis		Latitudo regionis ab equinoctiali in linea meridiana.	Miliaria contenta in quolibet gradu longitudinis cuiuslibet regionis	
Grad	Miliaria	Minuta	Grad	Miliaria	Minuta
1	56	40	31	49	3
2	56	38	32	48	31
3	56	35	33	47	58
4	56	32	34	47	26
5	56	29	35	46	54
6	56	26	36	46	28
7	56	23	37	45	52
8	56	19	38	45	15
9	56	14	39	44	39
10	55	8	40	44	2
11	55	1	41	43	26
12	55	50	42	43	33
13	55	37	43	41	46
14	55	24	44	40	59
15	54	10	45	40	12
16	54	56	46	39	26
17	54	42	47	38	39
18	54	27	48	37	48
19	53	11	49	37	6
20	53	54	50	36	22
21	53	36	51	35	38
22	52	12	52	34	52
23	52	48	53	34	6
24	52	28	54	33	22
25	51	10	55	32	38
26	51	36	56	31	49
27	50	11	57	30	57
28	50	47	58	30	4
29	49	33	59	30	12
30	49	59	60	30	20

Ad quam regionem facta sit quaelibet tabula astrolabii

Si post factionem astrolabii volueris facere aliquod opus sive aliquam operationem, primo considera et scias quot gradus continet quaelibet almucantarath, et quot gradus continet quaelibet azimuth, et ad quam latitudinem facta sit tabula illa. Est autem sciendum quod almucantarath debet esse 90 in qualibet facie astrolabii, azimuth vero debet esse 360. Quot gradus contineat quaelibet almucantarath sic cognoscitur: numera almucantarath quae sunt a zenith usque ad lineam mediae noctis ad locum in quo orizon obliquus secat lineam mediae noctis. Verbi gratia si fuerint 90, dicas quod quaelibet almucantarath continet unum gradum. Et si fuerint 45, dico quod continet gradus 2. Et si fuerint 30, continet 3, et sic de ceteris. Quot gradus contineat quaelibet azimuth: numera azimuth quae sunt a puncto in quo orizon secat lineam mediae noctis usque ad punctum in quo equinoctialis secat lineam orientalem. Verbi gratia si fuerint 90, dico quod quaelibet azimuth continet gradum unum, si 45 duos, si 30 tres, et sic de ceteris. Latitudo regionis ad quam facta est tabula illa sic cognoscitur: numera quot almucantarath sunt a zenith per lineam meridianam usque ad equinoctialem, de quibus facies gradus latitudinis ad quam facta est tabula illa.

De quatuor plagis mundi

Si vis scire ubi sunt quatuor plagae mundi, scilicet oriens, occidens, septentrio et meridies, primo scito in quo gradu sit sol modo supra dicto. Deinde accipe altitudinem solis in qua vis hora eo modo quo dictum est supra. Tunc pone gradum solis, scilicet gradum in quo est sol, ponens in rethe super tantam altitudinem graduum almucantarath quantam altitudinem solis accepisti in dorso, ex parte orientis si fuerit ante meridiem, vel ex parte occidentis si fuerit post. Postea vide quot azimuth sunt a linea mediae noctis usque ad locum ubi posuisti gradum solis, de quibus azimuth fac gradus. Et super tot gradus incipiendo computare a linea mediae noctis pone alidadam in quarta orientali dorsi si fuerit ante meridiem, vel in occidente si fuerit post. Deinde astrolabio in plano posito partem versus armillam aliquantulum eleva a terra donec radius solaris transeat per foramina minora utriusque tabulae. Tunc partem astrolabii elevatam depone usque dum in plano iaceat, ita diligenter et caute quod radii solares qui transeunt per foramina semper vadant per summitatem alidadae, id est per lineam fiduciae. Tunc lineam orientalis demonstrabit tibi orientem, occidentalis occidentem, meridionalis meridiem, et mediae noctis septentrionem.

In quo loco orizontis obliqui sol oriatur vel occidat

Cum volueris scire in quo loco orizontis obliqui sol oriatur vel occidat quacumque die, id est in quacumque die, accipe gradum solis in die illa, scilicet gradum illum signi in quo est sol illa die, et pone eum in rethe in orizonte faciem orientalem, sic super ipsum orizontem occidentem. Tunc vide quot azimuth sunt a dicto loco usque ad lineam mediae noctis, de quibus azimuth fac gradus. Deinde

deinde dorso astrolabii accipe tot gradus quot pervenerunt
de azimuth longe ad lineam medie noctis versus
lineam orientalem et ibi pone alhidadam. Postea pone
astrolabium in polo ita et taliter quod linee quatuor .s. orien-
talis, occidentalis, meridionalis et septentrionalis
respiciant quatuor plagas mundi, scilicet unaquaque earum
suam plagam secundum doctrinam supra datam. Tunc pone
oculum in oppositam partem allidade ad foramen tabule ita
quod videas orizontem per utrumque foramen tabularum. Dico
quod in illo loco orizontis elevatur sol in die illa. Si-
militer et operabimus ex parte occidentis si vis scire
solis occasum. Et si scire volueris ubi oriatur vel
occidat aliqua stella de illis que ponuntur in astrola-
bio, pone ostensorium dicte stelle in loco in quo est ipsa
stella si posita est in rethe in orizonte orientali. Et
cum volueris scire ortum vel occasum operare cum az-
imuth sicut dictum est de sole.

Distantia solis a cenith vel ab orizonte in quibuslibet hora

Si volueris scire quantum sol distet a cenith capitis
vel ab orizonte obliquo in qualibet hora diei, accipe
altitudinem solis in illa hora in dorso astrolabii et pone gradum
solis in rethe, scilicet gradum in quo est sol in die illa, in almucanta-
rath ad tot gradus quot in altitudine invenisti, et nota azimu-
th quem tunc secat gradus solis. Postea accipe per azim-
uth predictum almucantarath que sunt a cenith usque ad gradum
solis, de quibus almucantarath fac gradus et tot gradus erunt
a cenith usque ad locum solis. Quos gradus si minuatur
ad 90 remanebit distantia que est ab orizonte
usque ad solem. Quia a cenith usque ad orizontem
non sunt nisi 90 gradus. Et si hoc idem volueris scire
in nocte de aliqua stella, accipe altitudinem illius
stelle et cum ostensorio ipsius operare ut de sole
dictum est, id est pone ostensorium ipsius stelle in almucantarath
sicut dictum est de sole.

De altitudine solis cotidie in meridie

Si vis scire cotidie altitudinem solis in meridiem et in regi-
one ad quam facta est tabula illa, accipe gradum solis
alicuius diei et pone illum in linea meridiana. Post
ea numerando accipe gradus almucantarath qui sunt ab o-
rizonte ad dictam lineam meridianam .s. ad locum ubi posui-
sti gradum solis, de quibus almucantarath facias gradus. Dico
quod per tot elevatur sol in meridie illius diei.

De declinatione solis

Si vis scire declinationem solis illius diei quotidie, ac-
cipe gradum solis illius diei et pone eum in linea me-
ridiana et ibi fac notam. Tunc vide quot almuca-
tarath sunt ab ipsa nota usque ad lineam equinoctialem
per lineam meridianam, de quibus almucantarath fac gradus.
Dico quod tanta erit declinatio solis in illa die. Si predicta
nota fuerit ex parte septentrionis ab equinoctiali,
dico quod declinatio erit septentrionalis; si fuerit
ex parte meridiei, meridiana.

Ad sciendum signum et gradum existentibus in ascendente

Cum volueris scire gradum qui sunt in ascendente in qua vis
hora, accipe altitudinem solis in ipsa hora et vide
altitudinem solis in die illa, quam pone in almucantarath in
tanta elevatione in quanta invenisti ex parte orientis si
est ante meridiem vel ex parte occidentis si est post. Et dico quod
gradus qui tunc fuerit in orizonte orientali vocatur as-
cendens, et ille qui fuerit in orizonte occidentali vocatur
occidens, et gradus qui fuerit in linea meridiana vocatur meri-
dianus, et gradus qui fuerit in linea medie noctis vocatur
septentrionalis. Si vero in nocte hoc idem scire volueris
per aliquas stellas fixas positas in astrolabio, accipe altitudinem
ipsius stelle et cum astrolabio operare ut de sole di-
ctum est.

Ad inveniendum horam inequalem per alidadam

Si volueris per allidadam horam inequalem invenire, vide
quantum elevatur sol in meridie illius diei et tantam
altitudinem sive distantiam a linea occidentis versus li-
neam medie noctis pone allidadam. Tunc vide reg-
ulam fiducie ubi tangit lineam meridianam que est in quen-
dam et ibi fac notam. Postea accipe altitudinem solis.
Dico quod hora quadrantis que tunc tacta fuerit ab ipsa
nota erit hora quesita .s. inequalis. Et nota quod si
quando ante meridiem debes numerando incipere ad pri-
mam horam versus sextam et si quando post debes incipere
ad sextam versus primam.

De horis inequalibus inveniendis per faciem astrolabii

Si de horis inequalibus volueris per faciem astrolabii inven-
ire, altitudinem solis accipe in qua vis hora et pone gradum
solis illius diei in tanta altitudine almucantarath in quanta
habuisti elevationem solis. Tunc vide gradum solis oppo-
situs soli quam tangit quod illa est hora quesita. Nam
si altitudinem solis accepisti ante meridiem, dico quod ille sunt
ab ortu solis usque ad horam illam. Et si accepisti
post meridiem, dico quod sunt hore a meridie usque
ad horam illam. Si vero in nocte volueris scire hoc idem
per stellas fixas, accipe altitudinem illius stelle et ostensorium
eius pone in tanta almucantarath quanta invenisti esse
eam elevatam. Dico quod hora que tunc tacta a gradu solis
erit hora quesita.

Ad inveniendum quot horas transierunt de die

Cum volueris scire quot horas equales transierunt de die
quacumque vis et in qua vis hora diei, pone gradum solis in
orizonte orientali et ubi almuri tangit limbum ibi
fac notam. Deinde altitudinem solis accipe et pone gradum
solis in almucantarath in eadem altitudine et ubi almu-
ri tangit limbum ibi fac notam. Postea accipe
quantitatem graduum qui sunt inter primam notam et secundam, quos
gradus divide per 15 et quot provenerint erunt hore
et quot remanserint erunt partes hore.

Ad sciendum quantitatem arcus diurni

Si volueris scire quantitatem arcus diurni, id est quot
horas equales continuas contineat quilibet dies,
pone gradum solis in orizonte orientali et ubi almu-
ri tangit limbum ibi fac notam. ~~Tunc accipe~~ De-
inde move rethe versus lineam meridianam donec
gradus solis perveniat in orizonte occidentali et almuri ista

git limbum ibi, fac notam. Tunc accipe quantitatem graduum que sunt inter utramque notam quos divide per 15 et habebis horas equales, et si aliquid super fuerit erit pars hore. Et si volueris scire quantitatem arcus nocturni accipe gradus inventos inter utranque notam quos minue de 360 et quod remanebit divide per 15 et habebis horas noctis vel minue horas diei de 24 et exibunt horas noctis

Ad sciendum quot gradus contineat quelibet hora inequalis

Si volueris scire quot gradus contineat quelibet hora inequalis divide arcum diurnum per 12 et secundum quod provenerit tot gradus continet qualibet hora inequalis. Et similiter si arcum nocturnum diviseris per 12 secundum illud quod provenerit tot gradus continet qualibet hora inequalis noctis. Vel aliter quot gradus contineat una hora diei minue de 30 et quod residuum fuerit tot gradus continebit hora noctis. Nam sciendum est quod sicut due hore equales continent gradus 30, ita hora inequalis diei cum hora inequali noctis continet gradus 30

Ad sciendum partem hore inequalis transacte

Si volueris scire quanta pars hore inequalis transivit vel transire debet ubi almuri tangit limbum ibi fac notam primam. Deinde move rethe usque dum gradus oppositus solis perveniat in principio illius hore et ubi almuri tangit limbum fac notam secundam. Item volve rethe usque dum gradus oppositus solis in fine illius hore cadat et ubi almuri tangit limbum fac notam 3am. Tunc accipe quantitatem graduum que sunt inter 2am et 3am notam que est quantitas hore. Item accipe quantitatem graduum que sunt inter primam et secundam notam et vide proportionem quam habet ad gradus totius hore quia tanta quantitas transivit de hora ipsa. Item accipias gradus que sunt inter primam et tertiam notam et vide proportionem quam habet ad quantitatem totius hore quia adhuc tanta quantitas debet transire de hora ipsa

De horis inequalibus ad equales reducendis

Si horas inequales ad equales reducere volueris vide quot gradus contineat ille hore inequales secundum doctrinam superadictam quos gradus per gradus sibi arcus diurnus divide per 15 et habebis horas equales. Et si de horis inequalibus in equales horas facere volueris multiplica horas equales per 15 et summam inde divide per tot gradus quot continet hora inequalis et sic habebis horas inequales

De initium crepusculi inveniendo

Cum volueris scire initium crepusculi matutini vel finem vespertini. Si in astrolabio fuerit linea crepusculi designata, pone gradum solis in ipsa linea crepusculi ex parte orientis et habebis initium crepusculi matutini. Et si gradum solis posueris in linea crepusculi occidentis habebis finem crepusculi vespertini. Vel aliter cum gradus oppositus solis pervenerit ad gradum 18 almucantarath occidentis tunc erit initium crepusculi matutini. Et cum pervenerit ad gradum 18 almucantarath ex parte orientis tunc erit finis crepusculi serotini

Ad inveniendum horas in aliqua regione cuius tablam latitudinis non sit in astrolabio descripta

Si volueris scire horas in aliqua regione cuius tabula non sit in astrolabio descripta latitudinem regionis nota. Deinde accipe in ipsis tabulis astrolabii duas latitudines minores vel maiores quam latitudo regionis nota et utramque nota separatim scilicet illa de qua queris differentiam aut que est inter ipsas duas latitudines sive tabulas nota ex parte que erit prima differentia latitudinis. Item accipe differentiam que est inter latitudinem de qua queris et latitudinem de qua magis distat ab altera ex illis duabus et scribe super primam que erit secunda differentia latitudinis. Postea accipe altitudinem solis in illa hora de qua queris et pone gradum solis in almucantarath in tanta altitudine in quanta inveneris eum elevatum. Et hoc in tabula latitudinis magis distantis ad latitudinem de qua queris. Tunc vide gradum oppositum solis in qua hora sit et in qua parte hore secundum quod superius docuimus quam horam notabis ex parte eius. Postea pone gradum solis in tabula latitudinis propinquioris illius regionis de qua queris in illa altitudine quam inveneris ut fecisti in alia tabula et vide gradum oppositum solis in qua hora vel in qua parte sit et pone sub primis et accipe differentiam que est inter horas duas primas et secundas quam differentiam scribe ex parte et hec erit differentia inter illas duas latitudines. Tunc accipe proportionem que inter latitudines est primi et secundo notatam et fac proportionem minoris ad maiorem quam eandem proportionem adde vel minue. Verbi gratia ponamus quod simus in regione latitudinis graduum 37. Et in astrolabio sint due tabule videlicet ad latitudinem graduum 40 et alia ad gradus 45. Ergo distantia inter eas est graduum 5 que est prima distantia latitudinis. Item videnda est distantia inter 37 et 45 que est graduum 8 que est distantia secunda. Ponamus et quod altitudo solis sit in illa hora graduum 39. Dico quod in tabula graduum 45 erit in 4a hora diei per gradus 5 minuta 17 secunda 40 in limbo. Ergo erit distantia inter illas regiones sive latitudines gradus 3 minuta 21 secunda 47 hore in limbo. Habemus ergo quod sicut per gradus 5 que sunt inter latitudines graduum 45 et graduum 40 diminuti sunt gradus 3 secunda 47 hore, item per gradus 8 que sunt inter latitudines graduum 37 et graduum 45 minuuntur gradus 5 minuta 38 secunda 15 hore que si fuerint diminuti de gradibus 5 minutis 17 secundis 40 que provenerunt de latitudine graduum 45 remanebit minus quam in initium hore 4e per minuta 21 secunda 11 in limbo

Ad sciendum que dies sunt equales in horis ad invicem

Si volueris scire que dies sunt equales in horis ad invicem tempore numerando a principio Cancri versus Arietem vel Virginem vel a principio Capricorni versus Libram et Pisces et gradus quos inveneris habent equalem distantiam a duobus terminis vocantur equidistantes et sunt unius declinationis versus septentrionem vel meridiem et sunt ipsi dies equalis magnitudinis et in meridie eorum sunt similes et equales

Ad sciendum cum quo gradu aliqua stella mediat celum

Si volueris scire cum quo gradu aliqua stella mediat celum vel cum quo gradu veniat ad ortum. Pone stellam illam super orizontem eius in linea meridiana et cum illo gradu zodiaci qui tunc erit in linea meridiana illa stella mediat

celum. Et similiter si posueris cuspidem ipsius stelle in orrizonte orientali tunc cum illo gradu qui erit in ipso orrizonte orietur stella illa et similiter est in orrizonte occidentali.

Ad sciendum gradum latitudinis alicuius stelle in zodiaco

Si gradum latitudinis alicuius stelle scire volueris pone filum in centro zodiaci et duc eum per cuspidem illius stelle usque ad zodiacum et gradus quem filum secabit in zodiaco erit gradus latitudinis a capite arietis.

Ad sciendum ascensiones signorum in celo directo

Si volueris scire ascensiones singnorum in celo directo id est in orrizonte recto pone cuspidem cuiusvis signi in linea orrizontis recti ex parte orientis vel occidentis aut in linea meridiana vel medie noctis et nota gradum tunc tactum ab almuri. Postea move rethe donec finis illius singni veniat in linea in qua posuisti initium et ubi almuri tangit limbum ibi fac notam secundam et per tot gradus erit ascensio illius signi et similiter facere poteris de qualibet parte singni.

Ad sciendum ascensiones signorum in celo vel orrizonte obliquo

Si volueris scire ascensiones signorum in celo vel orrizonte obliquo cuiusvis regionis pone principium illius signi in orrizonte orientali. Et nota gradum tunc tactum ab almuri. Deinde move rethe versus meridiem donec finis illius signi veniat in orrizonte et vide ubi almuri tangit limbum ibi fac notam secundam et gradus quos inveneris inter illas duas notas sunt per quot gradus erit ascensio illius signi in orrizonte occidentali et move rethe versus lineam medie noctis et operare ut supra.

Ad sciendum quot gradibus quodlibet signum moretur in ascensione

Si volueris scire quot horis quodlibet signum moretur in ascensione tam in celo directo quam in obliquo gradus ascensionis divide per 15 et quod provenerit erunt hore equales et fractiones earum et si diviseris dictos gradus per gradus horarum inequales provenient hore et fractiones horarum. Quantum durat ascensio illius singni. Et similiter facere poteris in occasu.

Ad sciendum in quo gradu et signo sit sol cotidie per rethe astrolabii

Si per rethe volueris cognoscere in quo signo et gradu sit sol quotidie accipe altitudinem solis in meridie illius diei quam notabis in almucantarath in linea meridiana. Si enim fuerit a principio quod est ad medietatem mensis decembris usque ad medietatem mensis Junii move rethe donec aliquis singnorum et gradus de illis qui sunt a principio Capricorni usque ad principium Cancri et pervenerit in hora quam fecisti in linea meridiana. Dico quod illud singnum et gradus qui illam notam tetigerit erit sol in die illa. Et si fuerit tempore quod est ad medietatem Junii usque ad medietatem decembris operare cum singnis oppositis ut supra.

Ad habendum notitiam stellarum incognitarum que sunt in astrolabio

Si volueris scire vel habere notitiam stellarum incognitarum que sunt in astrolabio primo accipe altitudinem alicuius stelle note et pone suam cuspidem eius in almucantarath super similem altitudinem. Postea vide stellam quam volueris scire super quantam altitudinem iacet in almucantarath et in quanta parte scilicet orientis vel occidentis. Quo viso pone regulam super dorso astrolabii et super illam altitudinem et verte astrolabium ad illam plagam in qua aspexisti stellam quam videbis per foramina regule est stellam quam queris. Si non cognoveris aliquam stellam fixam et vis aliquas cognoscere. Primo considera altitudinem regionis in qua es quam minue de 90 et hec est elevatio equinoctialis ab orrizonte obliquo per lineam meridianam. Et dictam elevationem equinoctialis scribe ex parte que sit prima nota. Deinde vide quantum illa stella quam cognoscere vis distat ab equinoctiali in latitudine. Et si est septentrionalis ab equinoctiali adde distantiam super notam, et si est meridionalis minue dictam distantiam a nota prima et quod provenerit ex tali additione vel subtractione hec sit nota secunda. Deinde vide cum quo gradu dicta stella mediat celum et attende quod aliqua planeta sit in illo gradu et quando illa planeta erit in linea meridiana pone alhidadam in dorso astrolabii in tanta quantitate quanta est nota secunda et elevatio astrolabii vide per foramina tabularum ipsius alidade illarum stellam de magnis que sit in linea meridiana et illa erit stella quam queris.

Ad sciendum gradum alicuius stelle non posite in astrolabio

Si volueris scire gradum alicuius stelle incognite non posite in astrolabio vel planete expecta donec stella illa sit in linea meridiana et accipe altitudinem alicuius stelle note in astrolabio posite cuius cuspidem dispone in almucantarath cum rethe super similem altitudinem. Dico quod in directo gradus signi qui erit tunc in linea meridiana erit stella illa quam queris cuius altitudinem scire poteris per computationem almucantarath ad notam illius altitudinis usque ad equinoctiale. Longitudo eius satis est nota. Potes et per occasum solis rethem disponere si nullam stellam cognosceris et sic potes cognoscere omnes stellas.

Ad sciendum in quo gradu et signo sit Luna

Cum volueris scire in quo gradu et signo sit Luna accipe altitudinem eius et nota eam in almucantarath in qua parte fuerit scilicet ante meridiem vel post. Iterum accipe in ipso spatio altitudinem alicuius stelle in astrolabio posite cuius cuspidem pone super altitudinem suam in parte qua fuerit. Dico gradum zodiaci qui tunc occiderit in die. Idem facere poteris cum altitudine lune et altitudine solis. Eodem quoque modo poteris investigare loca planetarum in nocte si earum altitudines poteris habere veritatem. Hec regula non est omnino vera. Si quando luna habet latitudinem ab ecliptica

Ad investigandum loca planetarum per astrolabium

Loca planetarum potius alio modo investigantur. Accipe altitudinem illius planete de quo scire vis gradum et sit prope lineam meridianam et sua vera. Et similiter accipe tunc lineam ascendentem per aliquas stellarum fixarum que similiter sua. Et ante de donec ille planeta incipiat descendere ad lineam meridianam et similiter accipe lineam ascendentem per aliquam stellarum fixarum. Postea accipe medium gradum qui sunt inter ascendentem primum et secundum per almucantarat in limbo quam pone in oriente. Dico quod gradus qui tunc ceciderit in linea meridiana est ille in quo est planeta.

Ad sciendum utrum planeta sit septentrionalis aut australis ab ecliptica

Si volueris scire utrum planeta sit septentrionalis aut australis ab ecliptica, primo debes scire per aliquem librum in quo gradu sit ille planeta, quem gradum pone directe in linea meridiana. Que altitudo si fuerit similis altitudini gradus in quo invenisti planetam quando in meridie posuisti, dico quod planeta est directe in ecliptica. Et si fuerit maior, planeta est septentrionalis; si vero minor, est australis. Et tantam latitudinem habet quantum plus quantum est maior vel minor illa altitudo.

Ad sciendum utrum planeta sit directus aut retrogradus

Si volueris scire utrum planeta sit directus vel retrogradus, eius altitudinem accipe et nota, et similiter altitudinem alicuius stelle fixe in astrolabio posite accipe et nota. Deinde post tertiam vel quartam noctem quando stella illa erit in simili altitudine accipe altitudinem eius. Si fuerit minor quam sua altitudo prima, dico quod planeta est directus si fuerit in parte orientali; si autem fuerit in parte occidentali, retrogradus. Et si altitudo fuerit maior prima erit retrogradus si fuerit ex parte orientali, et si fuerit ex parte occidentali erit directus. In luna autem invenies contrarium.

De equatione 12 domorum

Cum volueris scire adequare 12 domos, primo vide gradum qui est ascendens, quia gradus est initium prime domus, et gradus oppositus est initium 7. Et gradus qui est in medio celi est initium 10, et oppositus eius qui est in linea medie noctis est initium 4. Deinde pone gradum ascendentis super finem 8 hore, et gradus qui tunc ceciderit in linea medie noctis erit initium 2 domus, et oppositus eius qui ceciderit in linea meridiana erit initium 8 domus. Item pone ascendentem in fine hore 10, et gradus qui ceciderit in linea medie noctis erit initium 3 domus, et oppositus eius erit 9 domus. Postea vero pone gradum oppositum ascendentis super finem hore 2, et gradus qui tunc ceciderit in linea medie noctis erit initium 5 domus, et oppositus eius erit initium 11 domus. Item pone dictum gradum in fine hore 4, et gradus qui tunc ceciderit in linea medie noctis erit initium 6 domus, et oppositus eius qui ceciderit in linea meridiana erit initium 12 domus.

Ad sciendum gradum qui erat ascendens in principio anni mundi

Si volueris scire gradum qui erat ascendens in principio anni mundi vel natalis, primo scias gradum qui fuit ascendens in principio anni precedentis, quem pone in ascendente scilicet in orizonte orientali. Et locum almucantarat in limbo nota. Post hoc move rethe donec almucantarat vadat longe ad locum illum per gradus 93, et gradus qui tunc ceciderit in orizonte orientali erit ascendens illius anni. Et nota quod annus naturalis accipitur in nativitate Christi, et annus mundanus accipitur quando sol intrat in primo minuto signi Arietis.

Ad sciendum quot horas equales sunt inter annum preteritum et presentem

Si volueris scire quot hore equales sunt inter annum preteritum et presentem, gradus qui sunt inter ipsos duos annos scilicet 93 divide per 15, et numerus qui exierit ex ipsa divisione est numerus horarum inter utrumque annum existentium.

Ad sciendum aspectum duorum planetarum et stellarum

Si volueris scire aspectus duorum planetarum et gradus quolibet eorum, primo debes scire quod sit aspectus. Aspectus quidem est duplex scilicet dextrum et sinistrum. Aspectus dextrum procedit ab successione signorum, sinistrum e contrario. Item sciendum est quod aspectus sunt quatuor modis. Unus aspectus sextilis et dicitur sextilis eo quod teneat sextam partem celi gradus 60. Et aspectus quadratus qui quartam partem celi continet gradus 90. Et aspectus trinus qui tertiam partem celi continet scilicet gradus 120. Isti tres aspectus sunt dextri et sinistri ut predicemus. Aspectus oppositus est qui recte oppositus qui continet gradus 180 tam a dextris quam a sinistris sit quomodo et qualiter aspectus sextilis contineat gradus 60, quadratus 90, trinus 120. Diverse sunt oppiniones philosophorum. Aliqui dicunt quod planeta existens in quocumque gradu celi, alter existens longe ab eo per gradus 60 zodiaci habet aspectum sextilem, et sic per consequens dicunt de aliis aspectibus. Alii dicunt quod aspectus accipitur in gradu equinoctialis eo modo quo accipiuntur ascensiones signorum. Unde gradus in quo fuerit planeta ponatur in linea meridiana et tunc notetur locus almucantarat in limbo. Postea procedat almucantarat per aspectum dextrum gradus 60 versus dexteram. Dicunt quod gradus qui tunc ceciderit in linea meridiana habet sextilem aspectum ad planetam, et sic de ceteris aspectibus. Hanc secundam oppinionem multum tenent. Alii vero quod si gradus in quo fuerit planeta ponatur in orizonte orientali dicunt habere aspectum sextilem ad planetam, et sic de ceteris aspectibus. Quam quidem oppinionem modicum est iustum.

Ad sciendum radiationes planetarum

Si radiationes planetarum investigare volueris, ante omnia debes scire quod radiationes sunt fundate super aspectibus a quibus procedunt et a quibus nomen acceperunt. Et est sciendum quod radiatio est duplex, dextrum et sinistrum. Pro dextro vero movet rethe versus partem dextram, pro sinistro vero versus sinistram scilicet idem opus est. Cum igitur volueris scire radiationem alicuius planete, pone gradum eius in linea meridiana et nota locum almucantarat tunc in limbo. Et si volueris sextilem radiationem habere, move almucantarat cum rethe per gradus 60 versus dexteram, si quadratam 90, si trinam 120, et nota gradum qui tunc ceciderit in linea

meridiana et ipse gradus est locus praedictae radiationis deinde pone gradum planetae super orizontem orientalem et move almuri versus dextram pro radiatione sextili gradus 60 et praecise ut supra. Et nota gradum qui tunc erit in orizonte orientali et ipse est locus praedictae radiationis quem scribe separatim. Postea accipe gradum qui erit ascendens in hora inceptionis operis scilicet gradum acceperis altitudinis planetae et postea eum iterum in ascendente et tunc nota locum almuri in limbo qui erit nota prima. Postea move rethe donec gradus planetae veniat super lineam meridianam et tunc similiter nota locum almuri in limbo qui erit nota secunda. Deinde secundo accipe differentiam inter istas duas notas et scribe eam post differentiam inventa inter istas duas radiationes et multiplica unam differentiam per alteram et id quod provenerit divide per medium arcum diey si questio facta fuerit in die vel per medium arcum nocturnum si questio facta fuerit in nocte et id quod exierit a divisione provenerit erit equatio radiationis. Quam equationem minue a radiatione prima vel secunda vel ab illa que magis distat a gradu planete si planeta fuerit inter signum decimum septimum et decimum aut inter quartum et primum. Et si planeta fuerit inter signum decimum et primum aut inter quartum et septimum addatur equatio super radiationem minorem scilicet super illam que minus distat a gradu planete et post dictam subtractionem vel additionem habebis radiationem quesitam. Pro sinistra vero radiatione invenienda move rethe versus partem sinistram et in ceteris operare ut supra. Cum de radiatione opposita nichil dicam fuit supra dico quod radiatio opposita continet gradus 180 eventiaque parte vel continet aspectus. Ideo radiatio opposita et aspectus oppositus sunt idem.

Explicit pratica astrolabii composita a domino Andalo de nigro de Janua. Deo reddamus gratias. Amen.

Incipit tractatus de scala quadrata sive astrolabii

Incipit tractatum schale quadrate sive astrolabii compositus a supradicto domino Andalo. Describemus operationem schale quadrate que in dorso astrolabii describitur. Primo sciendum est quod linea que procedit a polo usque ad gradum 45 altitudinis dividit duas schalas sive umbras in puncto quarum(?) unus vocatur diameter schale et punctus in quo iungitur diameter ipsa cum albabus schalis vocatur punctus directionis(?) sive punctus medius. Si cum altitudo solis acceperit gradum est in gradu 45 dico quod regula cadet in diametro scale et in puncto medio. Si altitudo solis fuerit maior gradu 45 tunc scala in qua cadit regula vocatur umbra recta. Et si altitudo solis fuerit minor quam gradus 45 tunc schala in qua cadit regula vocatur umbra versa. Et autem notandum quod in equalibus mensurationibus faciendis sive altitudinis sive in planis sive in profunditate oportet quod in principio et ante omnia fiant due schale sive umbre quarum una sit semper umbra ~~recta versa~~ recta et alia umbra versa quarum notitia sic habetur. Dico quod umbra recta in mensuratione altitudinum semper est minor quam versa. In mensuratione vero longitudinum et profunditatum est e contrario salvo quod umbre sint equales et est intelligendum in mensuratione altitudinum alicuius turris vel alterius rei. Oportet quod una sit duarum umbrarum et altera sit distantia inter mensurationem et rem mensurandam ita quod altitudo mensuranda sit perpendiculariter recta, ita quod spatium inter mensuratorem et rem mensurandam sit planum et rectum ita quod in puncto coniunctionis cum altitudine faciat angulum rectum. Si enim non esset planum tunc necessarium est ut fiat linea recta ab oculo tuo usque ad locum ipsius altitudinis qui loco faciat cum dicta altitudine angulum rectum que linea sic fieri potest: pone filum in quadrante ut cadat super lineam declinationis et constitue sive fige virgam in terra rectam et perpendiculariter et elevato astrolabio sive quadrante pone oculum ad foramen unius ~~table~~ itaque per ambo foramina videas summitatem virge et aliquem locum altitudinis in quo terminetur linea visualis et ibi fac notam in qua nota linea visualis cum altitudine faciat angulum rectum. Si enim altitudo fuerit sic disposita quod non habeat lineam perpendiculariter rectam ut est in aliquo solario tunc ~~oportet~~ oportet ut facias lineam perpendiculariter taliter: pone filum ut cadat in orizonte recto et pone oculum ad foramen tabule inferioris et respice per ambo foramina ita et taliter quod linea visualis in quo minus loco solarii et fac notam ubi est oculus tuus ad quam notam appende filum usque in terram et ubi terminabitur fac notam. Dico quod ipsa linea pendens a solario in terram si fuerit plana faciet angulum rectum et sic erit dicta linea pendens una umbra et alia erit inter mensuratorem et lineam factam in terram.

Si volueris in puteo vel in aliquo profunditatem umbram facere et puteus vel murus ipsius non esset perpendiculariter rectus pone filum in linea orizontis recti et elevato astrolabio vel quadrante pone oculum ad foramina tabule superioris et respice ita et taliter per foramina vel usque quod linea visualis terminetur in fundo ipsius profunditatis in quo minus loco prope parietem vel murum ipsius profunditatis ibique imaginabis notam unam et aliam in loco ubi est occhulus tuus tunc duc lineam usque ad extremitatem putei oppositam que linea facit angulum rectum in nota oculi tui et sic habebis duas umbras

Si in planitie facere volueris si planities illa fuerit plana et equalis ita quod non pendeat in aliqua parte constituenda est per unam umbram et si non fuerit plana fac in ea lineam rectam in superficie in altitudine tue fige virgam in terra perpendiculariter rectam et sic habebis duas umbras scilicet virga erit una et linea facta in planitie erit altera

Notandum est autem quod in mensuratione altitudinum semper umbra recta divisa sit vel intelligatur esse divisa in 12 partes equales et tunc proportiones fiunt super dictam umbram rectam in mensuratione non longitudinum et profunditatum intelligatur umbra versa divisa esse in partibus 12 equalibus et tunc proportiones fiunt super dictam umbram versam. Si enim quantitatem umbre verse per umbram rectam scire volueris recipe altitudinem et vide quot puncta scale secet umbra recta et per tot puncta divide 144 et hoc quia umbra recta divisa est in partibus 12 quarum 12 est radix de 144 et id quod provenerit fac proportionem ad totam umbram id est ad 12 in quibus umbra recta divisa est. Verbi gratia ponamus quod regula cadat in puncta 10 scale umbre recte. Si enim diviseris 144 per 10 provenient 14 2/5 et sic umbra versa erit tanta quanta est umbra recta que est partes 12 et plus et partes 2 2/5 unius partis illarum 12. Si enim volueris scire quantitatem umbre recte per umbram versam similiter per tot puncta divide 144 et quod provenerit erit partes 12 umbra versa. Verbi gratia ponamus quod regula tangat umbram versam in puncta 9 tunc divide 144 per 9 et provenient 16 ergo umbra versa erit partes 16 de quibus umbra recta erit 12. In longitudinibus et profunditatibus fit et cetera scilicet quod in altitudinibus fit proportio super umbram rectam eo quod tunc divisa est in partes 12 equales et in longitudinibus et profunditatibus fit proportio super umbram versam eo quod umbra versa divisa est in partes 12

Aliter et alio modo ponamus quod regula cadat super puncta 10 scale umbre recte vide per quod puncta locus ille distat de 12 quod per 2 unde et quam proportionem habet 2 ad 10 constat quod est 5 pars adde 5am partem umbre recte super ipsam umbram rectam et habebis umbram versam. Et si diviseris umbram versam que est partes 12 per 5 provenient duo 2/5 quod si addideris super 12 habebis 14 2/5 quod erit umbra versa ut supra dictum est et ita facies de umbra versa ad rectam

Cum igitur volueris cognoscere umbram mediam rectam vel versam per altitudinem solis vide quando sol erit in altitudine graduum 45 tunc umbra quam facit turris vel alia aliqua altitudine est equalis et umbra vocatur umbra media et altitudo rei vocatur umbra equalis. Si enim altitudo solis fuerit maior gradibus 45 tunc umbra erit minor quam umbra media sive altitudo rei. Et tunc dicta umbra vocatur umbra recta et altitudo rei vocatur umbra versa. Si enim altitudo solis fuerit minor gradibus 45 tunc umbra erit maior quam umbra media sive quam altitudo rei et tunc dicta umbra vocatur umbra versa et altitudo rei vocatur umbra recta. Et sic constat quod altitudo rei idest turris vel alia altitudo cum suis umbris describunt istas duas scalas scilicet rectam et versam. Notandum est quod semper umbra recta est minor quam umbra versa scilicet in altitudinibus

Igitur cum per altitudinem solis volueris mensurare altitudinem alicuius rei accessibilis attende quando sol fuerit in altitudine graduum 45 quia umbra quam tunc facit ipsa altitudo est equalis ipsi altitudini. De umbra dico quam facit recte faciens cum ipsa altitudine angulum rectum ut supra dictum est. Que equalis intelligatur a puncto ipsius anguli recti usque ad summitatem altitudinis vel usque ad finem umbre. Si enim fuerit maior gradibus 45 scalam umbre recte vide ergo in quibus punctis tangit scalam et per ipsos divide 144 et quod provenerit numera tunc ponatur quod est a loco finis umbre in quo stas usque ad angulum rectum et cum altitudo tota sic divisa est in partes 12 dico quod proportionem quam habebit divisio numerata ad 12 talem proportionem habebit altitudo ad umbram ut supra dictum est. Si enim altitudo solis fuerit minor quam gradus 45 tunc regula cadet in scala versa. Vide quod ergo in quot punctis tangit scalam et per ipsos divide 144 et quod provenerit numera. Tunc ponamus quod ab angulo recto usque ad finem rei mensurande totum sit divisum in partes 12 dico quod proportionem quam habebit numerata ad 12 talem proportionem habebit umbra ad altitudinem ut supra declaratum est. Si vero regula non caderet in puncto integro scale tunc nota gradus illius altitudinis in quo regula cadit tunc vero pone regulam in principio illius puncti et nota gradus illius. Iterum pone regulam in fine ipsius puncti et similiter nota gradus illius. Postea fac proportionem partis ad totum ut supra docuimus

Si enim altitudinem alicuius rei accessibilis volueris mensurare sine acceptione altitudinis solis fige virgam in terram perpendiculariter rectam et fac lineam rectam ad similitudinem virge et elevato astrolabio vel quadrante move regulam vel quadrantem donec per foramina tabularum possis videre summitatem rei mensurande intellecto quod oculus debet poni ad tabulam inferiorem que est in quadrante in puncto C. Dico quod si regula cadit in diametro umbrarum scilicet in gradibus 45 altitudo rei a linea procedens ad summitatem virge. Si enim regula cadet in scala recta vide in quot punctis tangit scalam ipsa et per ipsos divide 144 et quod provenerit erit altitudo ipsius rei numerata eam. Tunc ponamus quod assumptio virge usque ad angulum rectum dividatur tota per 12 equales. Dico quod proportionem divisionis erit facta ad 12 talem proportionem habebit rem mensurandam ad virgam usque in angulum rectum. Et rem mensurandam et iter tales spatium id est ad notam ipsius anguli recti usque assumptionem ipsius rei mensurande

Si profunditatem putei vel alterius profunditatis mensurare volueris vide si paries profunditatis oppositus tibi sit perpendiculariter rectus quod si non fuerit perpendiculariter rectus fac in ea lineam rectam perpendicularem ut supra docuimus. Postea fac lineam ad oculos in quo stas usque ad extremitatem oppositam putei que due linee insimul faciant angulum rectum. Deinde elevato astrolabio vel quadrante pone quadrantem

ad summitatem putei extra non stas / et pone oculum ad tabulam superiorem et respice ita quod per foramina utriusque tabule videas fundum parietis ibi oppositi. Dico quod si regula ceciderit in gradu /45/ tunc regula cadet in umbra versa et quanto erit maior erit umbra recta. Vide ergo in quot punctis ipsius umbre ceciderit et per eos divide /144/ et quod provenerit inde comparatum sit magis /12/ et tanta plus erit profunditas quam sit altitudo oris putei.

Si volueris mensurare longitudinem alicuius rei plane vide si ipsa longitudo est recte plana vel non. Si non est recte plana tunc fac lineam rectam ut in secundo. Si fuerit recte plana tunc fige regulam in terra perpendiculariter rectam quod cum ipsa planitie faciat angulum rectum in terra. Deinde elevato astrolabio vel quadrante pone oculum ad foramen tabule superioris et respice ita quod per foramina videas summitatem virge et finem longitudinis mensurande, et si regula ceciderit in gradu /45/ dico quod longitudo mensuranda est equalis longitudini virge. Si vero ceciderit in minori longitudine quam gradu /45/ tunc regula cadet in umbra versa. Vide ergo in quot puncta cadit regula et per tot divide /144/ et quod provenerit inde comparatum sit plus quam /12/ et tantum est maior longitudo virge quam longitudo mensuranda. Et si longitudo fuerit minor gradu /45/ tunc regula cadet in umbra recta. Vide ergo in quot punctis ipsius umbre recte ceciderit et per eos divide /144/ et quod provenerit inde comparatum sit plus quam /12/ tanta est longitudo mensuranda maior quam virga.

Si altitudinem alicuius rei inaccessibilis mensurare volueris et planities sit inter te et altitudinem ipsam in qua planitie sit aqua vel alia obstacula ita quod ad ipsam rem mensurandam accedere non possis, primo mensura longitudinem ipsius plani quod est inter te et rem mensurandam sicut supra docuimus quando longitudo supponitur per unam scalam sive umbram et altitudinem rei per alteram. Tunc elevato astrolabio vel quadrante attende si regula cadit in umbra recta vel versa et operare sicut supra dictum est in capitulo altitudinis.

Si volueris turrim vel aliam aliquam altitudinem mensurare fuerit super montem positam itaque prope non sit aliqua planities, si erit in directo illius alius mons similis altitudinis vel maioris monti in quo posita est turris illa, primo quere locum in ipso monte tante altitudinis quanta est fundamentum turris, quem locum habere poteris per lineam ductam rectam ab oculo tuo usque ad turrim que facit angulum rectum cum ipsa turri prout supra docuimus. Tunc mensurate longitudinem per lineam illam ut longitudinem mensurare quando proponas per unam umbram sive scalam et altitudinem mensurandam per alteram et operare ut supra dictum est.

Si autem volueris mensurare profunditatem alicuius quod sit ita disposita quod prope os eius ex aliqua parte accedere non possis, fac lineam rectam ad locum ubi stas usque ad oppositam partem oris eius quam lineam mensura ut longitudinem mensurare, quam lineam supponas per unam umbram et profunditatem per alteram si pars opposita fuerit perpendiculariter recta, operare ut supra dictum est.

Si altitudinem accessibilem per virgam seu quadrantem mensurare volueris, fige virgam in terram perpendiculariter rectam que sit certe quantitatis ut pedum. Tunc sit A in summitate et B prope terram ubi figitur. Iterum fige aliam virgam in linea recta per certam quantitatem pedum longe ad partes versus rem mensurandam que virga sit /C/ in summitate et in terra sit /D/. Tunc pone oculum prope terram in tali loco quod per punctum A videas summitatem rei mensurande et ubi lineam visualis tetigerit /C/ ibi fac notam. Deinde accipe quantitatem pedum que sunt inter virgam /C/ /D/ et rem mensurandam et eos multiplica per quantitatem pedum virge et quod provenerit divide per quantitatem pedum que sunt inter virgam /A/ /B/ et /C/ /D/ et id quod reddit de ipsa divisione adde cum distantia que est a puncto /A/ usque ad punctum /D/ et est altitudo rei mensurande.

Et si hoc idem volueris facere per umbram solis fige virgam in terra perpendiculariter rectam que sit certe quantitatis, virgam fige eam in tali loco summitas umbre, et fac notam ubi umbra terminatur in terra. Tunc quantitatem pedum que sunt a dicta nota usque ad pedem turris multiplica per pedes longitudinis virge et quod exierit divide per quantitatem pedum que sunt a nota facta in terra usque ad pedem virge et id quod provenerit erit altitudo rei mensurande.

Si cum speculo volueris mensurare altitudinem accessibilem fige virgam in terra rectam et pone speculum forme rotunde inter virgam et altitudinem mensurandam per lineam rectam. Deinde pone oculum ad virgam in tali loco quod in centro speculi videas altitudinem rei mensurande et ubi posuisti oculum ad virgam fac notam. Postea accipe quantitatem pedum que sunt a pede virge usque ad centrum speculi et hec sit prima mensuratio. Deinde accipe quantitatem pedum que sunt a centro speculi usque ad pedem rei mensurande et hec sit tertia mensuratio cum rei mensurandam similiter erunt equales. Sed tunc multiplica secundam per tertiam et quod exierit divide per primam et exibit altitudo rei mensurande.

Explicit tractatus scale composita a domino Andalo de Nigro de Janua. Amen. Reddamus gratias Deo vivo et vero. Amen.

Nomina quadratis sunt hec primum in centro
e .A. linea procedente ad manum dextram versus
sinistram veniendo ad punctum .C. dicitur orizon
rectus. Item ex alio latere quadratis ab .A. ver
sus .D. linea illa dicitur linea declinationis solis vz
a puncto /F/ usque ad punctum /D/ dicitur declinatio ye
mealis et versus /K/ dicitur extivalis linea usque /A/
/D/ dicitur linea altitudinis solis et latitudinis regionis. Item in fundo
quadratis linea que transit per punctum /C/ versus /D/ dicitur
solsticium yemale sive Capricorni. Linea vero que pro
cedit alia declinationis usque ad punctum /F/ usque ad lineam
/A/ /C/ que terminatur in /G/ dicitur equinoctialis. Linea vero
que procedit alia declinationis usque ad punctum /K/ usque
/L/ dicitur zodiacus septentrionalis sive extivalis
et sunt in eo sex singna vz Aries qui incipit in /F/
deinde Taurus postea Geminy qui terminat in
/L/ postea Cancer qui incipit in /L/ et vadit re
trogradando versus /F/ deinde /Leo postea Virgo
que terminatur in /F/ Linea vero que exit ab eo /F/
et terminatur in /C/ dicitur zodiacus australis sive
yemalis et sunt in dicta linea sex signa vz Libra
que incipit a puncto /F/ deinde Scorpion postmo
dum Saggittarius qui finit in puncto /C/ deinde C
apicornus qui incipit in C postea Aquarius
deinde Pisces qui terminat in /F/. Semicir
culus qui procedit ab /A/ et terminat in linea sol
sticii Capricorni vz /A/ /C/ per gradus /15/ equinoctial
dicitur linea finis hore /9/ dirigendo ab una usque
ad finem in /9/ et procedit ad /6/ versus punctum /D/ di
citur linea 7 hore / Linea que procedit ab /A/ et terminatur
in linea solsticii Capricorni longe a /C/ per gradus 30 equino
tialis dicitur linea 4a eundo a /6/ versus /12/ dicitur linea finis
8/ Linea vero que procedit a puncto que terminatur
in linea solsticii predicti longe a /C/ per gradus /44/ dicitur linea
3 hore / vz dirigendo ab uno usque in tribus eundo
alias 6/ hore versus punctum /D/ dicitur linea finis /9 hore
Linea vero que procedit ab /A/ et terminatur in linea predicta vz
longe a /C/ versus /D/ per gradus /60/ dicitur linea 2 hore vz
dirigendo ab uno usque in duobus et eundo ad lineam hore
6/ versus /D/ dicitur linea finis hore /10/ Linea vero que procedit
ab /A/ et terminatur in linea predicta longe a /C/ per gradus /75/ u
ersus /D/ dicitur linea finis prime hore et eundo alia
6 hore versus /D/ dicitur linea finis /11/ hore / linea vero que
procedit ab /A/ et terminatur in /D/ dicitur linea 12 hore quo
modo similiter noscitur linea declinationis Semicircu
lus qui procedit ab /A/ et terminatur in /D/ secans lineam
meridianam in diametro dicitur linea medie noctis. Linea
recta que perpendiculariter procedit ab /A/ solsticii Capricor
ni vz in medietate punctorum /C/ et /D/ dicitur dia
meter scale. In spatio vero primo quod est ad lineam decli
nationis ex quadrate vz a puncto /A/ in /F/ sunt
gradus qui designat declinationem et correspondet
gradus qui sunt in ipso spatio qui incipit ab /F/ in /9/ et termi
nat in /90/ vz in puncto et dicitur gradus altitudinis solis in meridie
et respondet gradus qui sunt in 2o spatio qui incipit ab /A/
in /9/ et terminatur in /90/ in puncto /F/ qui gradus designat
latitudines regionum spatia vero que sunt ab /F/ in /D/ usque
ad solsticium Capricornii omnes designat declina
tiones meridionales et gradus qui sunt ab /F/ in /K/
usque ad solsticium Cancri designat declinatio
nes septentrionales et debet esse gradus 23 in 33 .....

30 Linea vero que procedunt a puncto /C/ veniendo versus lineam decli
nationis dicuntur orizontes obliqui excepto septentrionis linee
vero que exeunt a /D/ et terminatur in solsticio Capricor
ni dicuntur orizontes obliqui excepto meridiani. Et ubi
terminatur in dicta linea vz in puncto /F/ versus dictam lineam
tot gradus est altitudo solis in meridie in illa regione pro
sole existente in principio Arietis vel Libre. Et quot
gradus sunt a puncto /A/ versus dictam lineam usque ad illam lineam
dicitur altitudo regionis illius. Linea vero que procedit ab /A/ in /C/
dicitur orizon rectus et dicitur coda et est divisa in partibus
60 in spatiis /12/ que sunt ab /A/ in /C/ que incipiunt ab
/A/ /9/ et terminatur in /60/ in /C/ dicitur coda recta et
spatia /12/ que incipiunt ab /A/ /9/ usque ad 60 in
puncto /A/ dicitur coda versa et in /A/ 69 et terminatur
in /C/ /120/ In primo spatio et secundo que sunt ad lineam /C/ /D/
que est linea solsticii Capricornii sunt gradus 30 diam in
3/4/ et /9/ sunt gradus equinoctialis Due linee que exe
unt vz una linea a /D/ et alia a /C/ que linee termi
nantur in diametro dicuntur scala altimetrica vz
illa que exit a linea /A/ /D/ umbra versa dicitur linea
que procedit ab /A/ /C/ dicitur umbra recta spatiis
vero que sunt inter dictas lineas describuntur puncta mensu
rationis altitudinis longitudinis et profunditatis. In dorso in duobus spa
tiis exterioribus descripti sunt dies et menses
in tertio descripta sunt nomina mensium in sexto nomina
signorum in quinto et quarto gradus eorum et in spatio man
siones lune in centro fixum est almury sive filum ad
cognoscendum ut supra dicta

Cum quando volueris signum et gradum in quo est sol pone almury sive
alidadam in dorso quadrantis super illam diem mensis
de qua queris et signum et gradum tactum ad summitatem almury
in illo singno et gradu scias esse solem in illa die. Super
signum et gradum solis nolueris scire dies mensis pone al
mury super illum signum et gradum solis et diem mensis tactum
ab almury erit dies quem queris

Si scire desideras mansiones Lune vide in quo signo et gradu
sit Luna et pone almury sive filum super illum signum
et gradum et mansio tacta a filo erit mansio in
qua est Luna

Si altitudinem solis vel alicuius stelle fixe scire volueris per
faciem quadratis pone extremum in angulum .A. versus
solem alterum versus partem sinistram et punctum .C. versus
partem dextram et fac ut radii solares transeat per fora
mina utriusque table. Et ubi almury sive filum ta
get in gradus equinoctialis nota et quot gradus erunt ad punctum
/D/ usque ad dictam nota erit elevatio solis in illa
hora. Si vero altitudinem alicuius stelle scire volueris pone
angulum /A/ versus stellam et /C/ ad locum tuum et fac
ut per foramina utriusque table videas stellam
de qua altitudinem scire volueris. Et tunc cum filo sive
almury operare sicut de sole dixi

Cum altitudinem solis in meridie ipso existente in principio Ari
etis vel Libre scire volueris vide orizontes descri
pta in quadrante vide ubi ille orizon secat lineam
declinationis vz /A/ /F/ et ibi fac notam. Et tunc vide

quod gradus sunt adeo puncto / f / usque ad dictam notam. Et tot gradus elevatur sol ipso existente in principio Arietis vel libre.

Cum latitudinem alicuius regionis scire volueris, primo sciendum est quid sit latitudo. Latitudo tamen in celo quantum interim latitudo in celo dicitur distantia a zenith capitis usque ad lineam equinoctialem. Latitudo in terra est distantia regionis de qua queritur usque ad locum ubi linea equinoctii facit zenith in terra. Vel latitudo regionis est elevatio poli ab orizonte obliquo, quia quantum elevatur polus ab orizonte, tantum distat zenith a linea equinoctii.

Cum declinationem solis scire volueris, primo sciendum est quid sit declinatio solis. Declinatio vero solis est distantia a linea equinoctiali versus polum articum aut versus antarticum per circulos transeuntes per ambos polos et per principium Cancri et Capricorni. Cum quidem declinationem scire volueris vide per dorsum quadrantis in quo gradu signi sit sol. Tunc pone filum in facie quadrantis super tot gradus zodiaci quot invenisti in dorso et filo manente fixo pone margaritam super lineam zodiaci. Deinde duc filum cum margarita super scalam usque ad lineam declinationis. Tunc vide quot gradus sunt a linea equinoctii sive puncto / f / usque ad scalam et tot gradus est declinatio solis. Et dictam declinationem adde altitudini solis ipso existente in principio Arietis vel libre. Et si fuerit in signis que sunt a principio libre usque ad finem piscium dictam declinationem minue. Et quod aggregatum fuerit si addatur vel residuum fuerit si subtrahatur erit elevatio solis in illa die.

Cum latitudinem alicuius regionis scire volueris sole existente in principio Arietis vel libre vide tunc altitudinem solis in illa die et quanta fuerit altitudo in meridie in illa die minue a / 90 / et quod residuum fuerit erit latitudo illius regionis. Si vero in aliis temporibus quam ipso existente in principio Arietis vel libre latitudinem scire volueris in quacumque die vide altitudinem solis in meridie in illa die. Si enim fuerit sol in signis que sunt a principio Arietis usque ad finem virginis vide declinationem solis in illa die quam minue de dicta elevatione. Et quod residuum fuerit erit elevatio solis ipso existente in principio Arietis vel libre. Si vero sol fuerit in signis que sunt a principio libre usque ad finem piscium declinationem adde super elevationem solis. Et habebis elevationem solis ipso existente in principio Arietis vel libre. Tunc operare ut dixi. Dicta elevatio invenitur in principio declinationis solis.

Cum latitudinem per stellas que numquam occidunt scire volueris vide aliquam stellam de illis que numquam occultantur quando est in meridie supra polum versus meridiem. Tunc vide per instrumentum elevationem eius quantum elevatur ad terram. Iterum vide quantum elevatur ipsa existente sub polo versus septentrionem. Tunc ambas elevationes in simul adde. Et dictam aggregationem divide per / 2 / et quod provenerit erit elevatio poli sive latitudo regionis.

Si latitudinem alicuius planete ab ecliptica scire volueris vide in quo signo et gradu sit ille planeta. Vide et quantum sol debeat elevari ipso existente in illo signo et gradu in quo planeta est. Tunc attende ut planeta sit in linea meridiana et vide latitudinem ipsius. Et si elevatio planete erit maior elevatione solis planeta erit versus septentrionem. Et per tot gradus erit maior altitudo planete quam altitudo solis tanta erit latitudo planete ab ecliptica versus septentrionem. Et si altitudo planete erit minor altitudine solis tunc planeta erit australis ab ecliptica. Et quantum erit minor altitudo planete quam altitudo solis tanta erit latitudo planete ab ecliptica versus meridiem.

Si declinationem aliorum planetarum scire volueris operare in eis sicut de sole dixi. Ratio quod videre debes si habet aliquam latitudinem ab ecliptica quam latitudinem scire poteris per capitulum latitudinis planetarum quam latitudinem adde declinationi si latitudo est septentrionalis vel minue si est australis si dicta declinatio est in signis septentrionalibus adde. Si vero declinatio est in signis septentrionalibus australibus addatur et diminuatur et quod aggregatum fuerit si addatur vel residuum si minuatur erit declinatio illius planete. Sciendum est quod declinatio solis non potest esse plus quam gradus 23 minuta 33 secunda 30 quia tantum declinat principium Cancri et Capricorni ab equinoctiali. Alii planete possunt declinare plus et minus secundum latitudines eorum. Et est notandum quod declinatio potest esse quandoque inter zenith et polum antarticum quandoque inter zenith et polum articum. Dico quod quando declinatio est minor quam latitudo regionis in qua agis semper declinatio est inter zenith et polum antarticum. Et quando declinatio est maior quam latitudo tunc est inter zenith et polum articum. Et quando latitudo et declinatio sunt similes in quantitate tunc planeta transit per zenith illius regionis.

Si de stellis fixis positis in quadrante declinationem et elevationem scire volueris pone margaritam super illam stellam et si cadit inter zenith et polum antarticum operare ut de planetis dixi. Si vero cadit inter zenith et polum articum tunc declinatio et altitudo invicem simul faciunt plus quam / 90 /. Tunc aggregato minue de 180 et quod residuum fuerit elevatio dicte stelle. Elevatio polarium stellarum fixarum sic intelligitur. Cum vero declinatio cadit inter zenith et polum antarticum tunc distantia que est inter locum declinationis et orizontem obliquum versus polum antarticum super stellam que transit per ambos polos et per zenith regionis ipsa distantia dicitur altitudo. Cum vero declinatio est inter zenith et polum articum tunc distantia in dicto celo versus polum articum usque ad orizontem obliquum dicitur elevatio. Sciendum est quod si stella habet minorem declinationem quam altitudo Arietis tunc dicta stella oritur et occidit et occultatur. Et quando declinatio et altitudo sunt equales dicta stella transit per orizontem obliquum ex parte septentrionis.

Cum per quadrantem scire volueris horas inequales primo sciendum est quid sit hore equales. Hore equales dicuntur dies et nox si dividatur per 24 partes equales quarum una dicitur / hora equalis. Hore inequales dicuntur si ab ortu solis dividatur per / 12 / usque ad occasum / ille dicuntur inequales diei vel si ab occasu usque ad ortum solis dividitur per 12 / ille dicuntur hore inequales noctis. Et dicuntur inequales eo quod una dies sit maior quam altera et ideo hore unius diei sunt maiores vel minores quam alterius. Cum hoc scire volueris horas quot solis illius diei de qua horas scire desideras. Et accipe altitudinem solis in meridie secundum doctrinam precedentem. Dicta altitudine querere igitur equinoctialem / A / D / versus / C / et ibi pone filum et filo manente fixo pone margaritam super / b / tunc pone angulum / A / versus polum ut veniat ex parte sinistra ... et angulum / C / versus dextram et fac ut radius solaris transeat per foramen utriusque tabule. Et qua hora margarita tetigerit et quam partem horarum illa erit hora inequalis et partes hore transite. Et si margarita non tetigerit super aliquam finem vel principium alicuius hore. Et nota

scire quam partem hore pertransiuit et quanta sit ad transci
endum uide quot gradus sunt de gradibus equinoctialis a puncto
D/ usque ad tactum filum quod sit prima nota Postea
pone filum super initium decime hore et similiter uide
quot gradus sunt a puncto D usque ad tactum fili de quibus
fac/ 2am nota Tunc uide distantiam que est inter secundam
notam et terciam et tot gradus continet illa hora Tunc
uide quot gradus sunt ad secundam notam usque ad quartam et quot gradus e
runt inter eas de decem fac proportionem ad totam
horam et quod prouenerit tanta pars erit transacta illius
hore Item uide distantiam inter primam et terciam notam
et quod prouenerit de ea fac proportionem ad totam ho
ram et quod prouenerit tanta pars erit ad transiendum
de decima hora

Cum uolueris scire arcum diurnum et quot horas quelibet dies
continet et quot gradus quelibet hora inequalis continet et
quod orizonte sit una dies ex 24 horis et quanta
est maior usque ad locum illum ex mensibus sex et m
aior nox similiter ex mensibus sex Si arcum diurnum
scire desideras Primo scias gradum solis de illa
die de qua scire desideras arcum in quo signo sit sol
deinde pone filum super tot gradus illius signi sicut inueni
sti in dorso et pone margaritam super lineam zodiaci po
stea duc margaritam ad orizontem obliquum tue re
gionis et uide ubi filum secat equinoctialem et ibi fac
notam Postea uide quot gradus sunt ab orizonte recto
a puncto E/ usque ad secundam notam et decem gradus adde super
90/ si fueris cum signis que sunt ad principio Arietis
usque ad finem Virginis uel decem gradus minue si fe
ceris cum signis que sunt ad principio Libre usque ad finem
Piscium et facta additione si addidisti erit medietas ar
cus diurni in illa die Si uero minuisti quod residuum
fuerit erit medietas illius diei de qua queris Si uero
duplaueris habebis totum arcum diurnum et si gradus
totius quantitatis minues de 360/ quod est quantitas totius
celi quod residuum fuerit erit arcus totius noctis
Et quamuis dixerim quod gradus 360/ sunt complementum
celi non tantum est complementum totius diei comple
mentum autem totius diei est gradus 360 minuta 59 secunda 8
quod minuta 2 secunda sunt secundum medium motum solis in una die
qua mouet secundum uerum locum sit aliquando plus aliquando
minus et ideo quelibet hora non est gradus 15 immo est plus
minuta 2/ secunda 26/ tercia 35 fere Et quare quantitas est parua
de ea non curamus Et si quantitatem totius arcus
diei diuiseris per 15 habebis horas illius diei Et
si easdem horas minues de 24/ habebis horas
noctis Et quod subtilius operari uellet diuidat
arcum diurnum per gradus 15 minuta 2 secunda 26 tercia 5 et ha
bebit horas diei Si uero gradus super fuerit ultra
15 decem quantitatem per 4 multiplicet et quod prouenerit
erunt minuta horarum quia quilibet gradus continet minuta 4/ tercia or
unius hore

Si uolueris scire gradus quantitatem equinoctialis quot quelibet
hora inequalis continet arcum diurnum per 12 diuide
et quod prouenerit tot gradus erit quelibet hora quos
si decem gradus subtraxeris ad 30 que sunt gradus unius

signi remanebunt gradus hore noctis Hic uero notandum
est quod in omni orizonte sex signa eleuantur semper in
una die Sunt enim quedam orizontes quibus in solstitiis
non notatur hoc quia in solstitio Cancri dies et nox
semper est dies Et in solstitio Capricorni et quod Sunt
enim quedam orizontes in quibus est una dies per unum mensem
et per duo menses et per tres usque ad sex ut patet
in tabula superscripta

Ascensiones signorum			Tabula		
1	66	30	30	agr 15	Geminorum usque a 15 Cancri
2	69	30	60	apri	Geminorum usque ad finem Cancri
3	72	20	90	agr 15	Tauri usque ad 15 Leonis
4	78	20	120	apri	Tauri usque ad finem Leonis
5	84	0	150	agr 15	Arietis usque ad 15 Virginis
6	90	0	180	ad pri	Arietis usque ad finem Virginis
menses	hore	gradus			

Cum horas equales an ut post meridiem scire uolueris
per altitudinem solis primo uide quot horas equales illa dies conti
net deinde uide quot gradus eleuatur sol in illa die
in meridie illius diei quos dupla deinde diuide gradus
decem per tot horas quot illa dies continet Et tot gradus
quot prouenerint tot gradus continet qualibet hora equalis
Si uero fuerit ante meridiem eleuatio solis de qua
uis hora scire diuide per tot gradus quot una hora
continet et quot prouenerint erunt hore equales transacte in
incipiendo ab ortu solis Si uero fuerint post meridiem
eleuationem solis cum qua uis hora scire minue de
eleuatione solis in meridie et quod residuum fuerit diuide
per gradus unius hore et quod prouenerit erunt hore transacte post
meridiem

Cum uolueris scire cum quot gradibus equinoctialis quilibet gradus zodiaci
ascendat super terram et cum quot occultatur et quedam alia circa
hoc Cum ergo scire uolueris pone filum super illum
gradum de quo ascensionem queris Tunc uide quot gradus filum
secat de equinoctiali et tot gradus eleuantur alle gradus zodi
aci Si uis scire quantitatem graduum cum quibus decem gradus occultantur
multiplica gradus zodiaci per duo et quod prouenit serua
deinde uide cum quot gradibus equinoctialis ascendunt
gradus zodiaci superadicti et uide distantiam que est inter
decem gradus et gradus zodiaci quos duplica et cum tot
gradibus occidunt decem gradus Verbi gratia Ponamus quod
gradus 15 zodiaci ascendat cum gradibus 13 equinoctialis
si gradus zodiaci duplicaueris prouenient 30/ Vide
ergo quantum est a gradibus 13 usque in 30/ quod sunt 17/ ergo cum
gradibus 17 occultabitur

Sciendum est quod gradus qui procedunt a puncto D/ eundo uersus
C/ sunt tam in zodiaco quam in equinoctiali gradus Arietis
Tauri Geminorum Libre Scorpionis Saggi
ttarii gradus uero qui procedunt a puncto E/ uersus D/
sunt gradus Cancri Leonis Capricorni Aquarii
et Piscis

Sciendum est et quod duo arcus siue duo gradus equedi
stantes a principio Arietis uel Libre equalem
habent ascensionem in spera recta siue in gradu equino
tialis Verbi gratia si ponatur filum super gradus 10
Arietis Cadet super gradus 10 Libre Et super 20
Virginis et super 20 Piscium Dico quod isti 4or gradus
equales habent ascensionem Et est sciendum quod
quelibet 4a/ ascendit cum gradibus 90/ ut Aries Taurus.

Gemini Item Cancer Leo et Virgo Item Libra
Scorpio et Sagittarius Item Capricornus Aqua
rius et Pisces Et cum ascensiones in tabulis in
cipiat ad Capricornio in hoc instrumento incipiunt ab
Ariete tamen in spera recta quam obliqua

Cum scire volueris elevationem signorum in celo obli
quo per scias ascensionem illius gradus de quo queris in spera
recta. si de gradu cognoscendo de quo gradu fac nota
quod sit nota primi. Deinde pone margaritam super gradum illius
signi de quo queris ascensionem scilicet super lineas zodiaci et
margarita nota duc eam usque ad orrizontem tuum
Et gradus cognitum qui sunt inter tactum fili et orrizontem
rectum quod est puteum. Deinde eius fac nota secundam si
non operatur cum signis que sunt a principio Arietis
usque ad finem Virginis nota secundam minue de nota
prima et quod residuum fuerit erit elevatio illius gradus et
Si non operatur cum signis que sunt ad principio libre
usque ad finem piscium nota secundam adde super notam
primam et quod aggregatum fuerit erit elevatio illius
gradus Sciendum est quod duo signa opposita similiter
habent elevationem in spera obliqua ut in spera rec
ta verbi gratia Aries et Libra elevantur in spera
recta cum gradus 55 m 46 Et cum totidem simul in
tamen elevantur in spera obliqua

Explicit tractatus quadrantis compositus a domino Andalo de Nigro de Ianua

Sol penetrat vitrum penetratur et non violatur
Sic Virgo flore genuit puerpera prolem

Tractatus stellarum fixxarum que vocantur Berbene

Iste liber est hermetis capud omnium sapientum extractus de
aliis libris tanquam flos de virtute et profunditate scientie
et radices quam alii nesciunt illo excepto Dixit hermes
ego dicam vobis de rebus fortune in quibus habebitis leticiam
cum eis et habebitis magnum proficuum ex eis et hoc de rebus que
deus posuit et composuit in stellis que appellantur berbene
dicat regimen in eis super nos ita tamen ut sit in eodem gradu
ascendente vel in 10 vel in gradu 7 vel cum sole in eodem gradu vel
cum luna Nam planete cum erunt infortunati in nativitate cadentes
et erit aliqua stellarum ex supradictis in supradictis locis signi
ficat nati si deus voluerit Nam licet planete sint
male dispositi in nativitate dum modo iste stelle sint in supra
dictis locis non nocebit nato Significat et quod per
veniet ad illam dignitatem quam non credebat aliquis
nec in corde alicuius ascendebat et si inveneris eas cum
aliis stellis in locis gravium dictis et maxime si fuerint ille
stelle meridionales vel septentrionales sicut berbene et ma
xime si fuerint in gradu lucidis sunt maioris fortune Er
go dixit hermes princeps sapientum quod natus erit dives
et elevatus et placebit omnibus cuius elevatio quando fortune
erunt in domo fortune vel in termino fortune fortis et ego
explanabo vobis que sunt berbene et eorum iudicium
et fortune in locis suis in signis gradibus et suis complexionibus
cum stellis si deus voluerit

Aspice stellam berbene que dicitur asthafeth et est in libra 16 minuto
meridionalis et est de natura veneris et mercurii et est exal
tationis prime Et aspice illam que dicitur kinech et est in
24 gradu sagittarii meridionalis et est exaltationis secunde de natura
veneris et mercurii Et aspice illam que dicitur sidulh et est ca
uda gallinae et est in 12 gradu et minuto 40 aquarii et significat
potentem fortune que dicitur superioribus et meridionalibus et est exa
ltationis prime et est de natura veneris et mercurii Si inve
neris unam de istis tribus berbenis in aliquo de istis supra
gradibus ascendentem vel in 10 natus erit famosus moratus dives
magne scientie elevatus philosophus versificator misericor
dia plenus et placet cautus et habebit multos servi
entes amator sapientum pacificus alacer velocis resp
onsionis intromictens se in omnibus bonis negotiis bonus
magisterii et subtilis in eo in quo tempore bene fortunatus ve
rax homo et quod ex ingenio suo facit dicta nec loquitur
nec facit aliquid nisi in ingenio et scientia amat quod bene lo
quatur de eo homo gravis in suis actibus formosus dulcis
eloquii benefactor omnium amator pacis firmus amicus
et stabilis acceptor magnorum rerum fornicator et amator mu
lierum et hoc quando fuerit Saturnus super terram orientalis et
aspiciat utrumque et si inveneris unam ex istis tribus stellis
berbenis in ascendente in nativitate ille natus aget sapientiam
leges et decreta. Si fuerit Saturnus in ascendente nec quando fuerit
in ascendente damnabit illum .i. erit avarus et quando fuerit Satur
nus cum aliqua ex illis et non fuerit in ascendente aget natus
epulari et gaudere et potare et esse cum mulieribus et si est Sa
turnus in ascendente cum sole et Venus in 4 vel cum ea Saturnus
vel cum aliqua ex istis tribus berbenis sit in domo 7 erit
natus infortunatus et contrarius omnibus suis paribus erit herma
froditus vel erit in hoc quasi non habebit potestatem coeundi vel
omnes filii eius erunt femine Nam iste berbene nectuntur
tur ad malum quando erit cum eis Saturnus et Venus in angulis
et si aspexerit berbene Saturnus et veneris ad domum 7 erit
natus sapiens in philosophia et quasi potuit scire intentionem et
secreta librorum et deus scit Et si Iupiter aspexerit
aliquam ex istis tribus addet natus in sua fortuna in sua vel alti
tudine et stabilitate cum mirum quod habemus Et si inveneris esse
Martem cum aliqua ex illis in ascendente vel in 10 erit natus potens et erit
magnus in oculis hominum et erit ornatus in conspectu ho
minum et erit philosophus et inventor scientiarum et sciet bene res
omnes et maxime si nascetur in civitate babilonie et quod nas

est in nocte in nocte et qui videbis eum sic et mars in der ascendentis in 15 suo erit natus adorator ydolorum et famosus pro eis et loquitur verba prophetie et faciet mirabilia et deus sapientior est eo

Et sunt alie berbenie et sunt et est que dicitur divrietur in medio celi gradus 15 minuta 20 libre exaltacionis fere de natura iovis et mercurii et alia berbena que dicitur humerus equi in gradu 29 piscium exaltacionis fere de natura iovis et mercurii et alia berbena que dicitur benchab in gradu 27 minuta 50 libre exaltacionis fere natura iovis et veneris cum ergo inveneris aliquam existentem trium berbeniarum in ascendente vel in medio celi et maxime illam que dicitur divrietur que est in libra natura illa est fortior aliis duabus licet sit eadem trium natura illa quod nascetur cum ea erit magnus in sua apparentia fortunatus rex amator alterum et dei verificator neutri generis certo loquitur notabilis amator hominum sui regni et alie due berbenie que erunt in nati alicuius in ascendente vel in medio celi natus erit amator bonum et verborum liberat superius in necessitatibus et formosus in suo fortunio prophetie rectorum amator dei refector gratiarum cum aliquid recipit fortunatus in auro et argento et similibus et erit liberalis in omnibus suis actibus et suis negotiis sine recipiat sine det et magnificus sapientibus et formosis et deus sapientior est eo

Et sunt alie berbenie et est una in gradu 6 et minuta 10 leonis meridionalis exaltacionis prope de natura iovis et martis et est alia in scorpione gradu 16 minuta 20 meridionalis exaltacionis prope de natura martis et iovis et est alia in gradu 21 minuta 20 geminorum septentrionalis exaltacionis prope de natura iovis et martis et est alia in geminis in gradu 6 minuta 30 meridionalis exaltacionis fere de natura iovis et martis et est alia in capite que dicitur vultur volans in gradu 9 minuta 30 meridionalis exaltacionis prope de natura iovis et martis et si inveneris aliquam existentem 15 berbeniis in ascendente vel 10 in nativitate alicuius erit magnus militum dux milicie et erit magnus in suis actibus et notatus in legionibus et obtinebit civitates terras et civitates et annos domestica in sua potestate distribuet ea prout vult et omnes obedient et faciet honores lucrum liberat laudatur ab omnibus fortis in regno sapiens in suis negotiis amator honorum et gaudet in omnibus non diligit litigiosos et succedit ei bene in omnibus quod volet sensatus dives multe pecunie amat quod laudet et amat quod bene loquatur de eo et moriet bona morte et erit formosus et deus sapientior est eo

Et sunt similiter alie berbenie et est una in tauro in gradu 23 minuta 40 septentrionalis exaltacionis prope de natura iovis et saturni et est alia in geminis in gradu 20 minuta 40 septentrionalis exaltacionis fere de natura iovis et saturni et est alia in gradu 3 minuta 50 tauri meridionalis exaltacionis fere de natura iovis et saturni et est alia in gradu 20 minuta 40 saggittarii septentrionalis exaltacionis fere de natura iovis et saturni et est alia in tauro in gradu 28 minuta 40 et est in labra meridionalis exaltacionis prope de natura iovis et saturni si ergo inveneris aliquam existentem 15 in ascendente vel 10 in nati alicuius natus erit dives et multe pecunie et erit pecunia sua in multis locis in multis locis habebit erit amator gaudii et leticie et amat quod bene loquitur de eo et si aspexerit luna aliquam existentem et fuerit luna in ascendente vel 10 erit pietate plenus et bonitate simplex fortunatus patiens in iuvamine sapiens in omnibus

amat honores et amat aves et dixit hermes quod illa que est in saggittario licet habeat omnia ista tamen natus amat aves et bestias et erit bonus venator et habebit domum quod habebit aquilas et astures et aves multas et deus est sapientior eo

Et est alia et sunt alie berbenie et est una in cancro in gradu 20 meridionalis exaltacionis . . de natura martis et solis quod qui erit in ascendente vel 10 in nati alicuius natus erit bellicosus et erit caput capitum et princeps principum interfector virorum et in multis fuerit interfectionibus et non amat quod sit sub aliquo vocatus et erit magnum cordis et que erit natus ideo sine pietate erit et homo religiosus et imperator omnium qui potuit et distributor sui sed male de suo est virtuosus victoriosus rectoricus amicus regum moriet pulcra morte et deus sapientior est eo

Et est alia berbenia in gradu 27 minuta 40 . . . septentrionalis exaltacionis . . de natura martis et mercurii et est alia in cancro in gradu quod minuta 24 meridionalis exaltacionis prope de natura martis et mercurii et est alia in pisce in gradu 21 minuta 30 meridionalis exaltacionis fere de natura martis et mercurii et est alia scorpionis in gradu 5 minuta 40 et est manus gradiens septentrionalis exaltacionis prope de natura martis et mercurii et est alia in virgine in gradu 2 minuta 27 meridionalis exaltacionis 3 de natura martis et mercurii et est alia in gradu . . . saggittarii de natura martis et mercurii exaltacionis . . et est alia in pisce in gradu 5 minuta 50 septentrionalis exaltacionis . . de natura martis et mercurii si ergo inveneris aliquam existentem septem ascendentes vel 10 in nati alicuius et maxime si fuerit nativitas nocturna natus erit magister multum et potest sua negotiis aliis modis multis scriptis sapiens in omnibus et amat sapientiam famosus in multis terris amator pecunie et habebit multa diligit quam maxime pueros et puellas et dives fuit mentis et si et cum natus erit cum aliquo existente de die erit audax in omnibus negotiis pauce pietatis mendax verbosus non diligit aliquos deceptor non est multum in dolus loquitur deceptor omnis male accusator falsus in suo testimonio fictor natura aliud habet in corde et aliud loquitur ore et deus est sapientior eo

Et est alia berbenia in ariete in gradu 3 minuta 40 septentrionalis exaltacionis . . de natura iovis et veneris et est alia in libra in minuta 40 iusta berbenia septentrionalis de natura iovis et veneris si ergo inveneris de istis duabus berbeniis in ascendente vel 10 in nati alicuius erit natus formosus congregator pecunie et vendet homines de eo ob magnam suam in aspectus erit amator dei amat ludos et est sensatus clara facie semper liberat pietate plenus non amat mulieres et habebit de sperabilibus multa pecunia verax fortuna tus . . . complexionis habebit uxorem humida et maxime si aspexerit eas luna vel illa que dat illis et deus est sapientior eo

Et est alia berbenia in leone in gradu 17 minuta 15 meridionalis exaltacionis fere de natura veneris et saturni et est alia in leone in gradu 3 septentrionalis exaltacionis fere de natura veneris et saturni et est alia in leone in gradu 28 minuta 10 meridionalis exaltacionis fere de natura veneris et saturni si ergo inveneris unam existentem trium in ascendente vel 10 in nati alicuius natus erit fortunatus dives facit ultra quod mandet ei et

et in omnibus que desideravit, erit turpis faciei, nebosus (?), hindoz, amator planetarum et arator et seminum et hedificiorum, id est hedificator domorum, placebit ei fornicator rebus mulierum, et quando pervenerit ad senectutem exaltabitur et congregabit pecunias et scechinat (?) eas et congregabit multa fercula, erit astrologus in secretis sapientum, nigros habens oculos, dulcis eloquii, et deus sapiencior est eo.

Sunt et alie beibenie et una in tauro, et est Aldebaran in gradu 16 minuto 20, cuius natura est exaltata et de natura Martis et Veneris, et alia in gradu 22 minuto 8 in tauro meridionalis, exaltata cuius natura est de natura Jovis et Veneris. Si ergo inveneris unam existentem dualem et maxime illam que est in gradu 16 minuto 20 Tauri in ascendente vel in 10 in nativitate alicuius, erit natus fortunatus super omnes fortunas et dives super omnes divites, habebit multas civitates et villas et erit super [illegible] et operator multorum operum, habebit multos officiales vel [illegible] scriptores et erit famosus quia bonus. Et erit idem de aliis beibeniis vel cum erit cum Luna in eodem gradu debilitatur. Et iste duo fortunam alias beibenias quia quando iste duo que sunt in tauro ascendunt descendunt ille que sunt in scorpione, ista duo tauro ascendunt, figura habet magnam fortunam in celo et aumabit eorum fortune, fortunam eidem dey et sunt elevate in omni climate et fortune ille que sunt in tauro et scorpione. Et si ille que sunt in tauro fuerint in ascendente, Et ille que sunt in scorpione in 7a domo erit vir [illegible] ut diximus de viro [illegible] et erit uxor eius dives ut diximus de viro. Et dixit in nativitate mulieris quod natus dives erit [illegible]. Et dixit in nativitate mulieris que nata fuerit ut sit dixi de nativitate, erit famosa sicut diximus in nativitate viri. Et erit famositas illius in terris Regis formosa et timorosa aliis fortunis, in operis veneris [illegible] de [illegible] trahit ipsi erit pulcritudo et formosior omnibus formosis. Et eius super omnes pulcritudinem. Et dixit Hermes si inveneris alias existentes beibenias in 9 vel 7a in nativitate alicuius ad 10 vel ad matrimonium operabitur. Et ego expertus sum et non inveni opus forte et ideo non scripsi iudicium in eis et quando acceperis gestam fortune in nativitate secundum beibenie aspice dominum triplicitatis solis in nativitate diurna, in nocturna vero dominum triplicitatis lune et pervenies ad id quod quesivisti si deus voluerit.

Nota quod omnes beibenie que reperiuntur in libro Hermetis de beibeniis currente anno domini Ihesu Christi 1189 profecerunt a tempore Hermetis usque ad supradictum tempus gradus 11 minuta 19. verbi gratia Aldebaran fuit tempore Hermetis in gradu 16 minuto 20 Tauri, supra dicto vero tempore fuit in gradu 27 minuto 39, eiusdem et sic de omnibus aliis.

Explicit dicta de beibeniis deo reddamus gracias amen

De fortitudinibus planetarum

Expositio autem fortitudinis planetarum cum de eis est occasio sive impedimentum et perficiendam eam cum receperit dispositiones, disponit [illegible] atque quando promiserit sit magis in decem modis quorum primus est ut sit planeta in bono loco ab ascendente id est in angulis vel succedentibus angulorum existens loco quo aspicit ascendens. Secundus ut sit planeta in aliqua dignitate suarum propria vel dignitatum hoc est in domo sua vel exaltatione triplicitate termino vel facie seu gaudio suo. Tercius est ut sit directus. Quartus ut non sit cum malis planeta in eodem signo in quo fuerit cum sit coniunctus vel aspiciat eum ab oppositione vel quadrato aspectu. Quintus ut non gingatur stelle cadenti ab ascendente aut planete qui sit in descensione sua. Sextus ut sit receptus. Septimus ut sit planeta masculinus altiores qui sunt Saturnus Jupiter et Mars orientales id est ut appareat in mane exeuntes de sub radiis solis. Et planete inferiores feminini id est Venus Mercurius et Luna occidentales id est apparentes vespere. Octavus ut sit planeta in luce suo id est masculini in die feminini in nocte. Nonus ut sit planeta in signis fixis. Decimus ut sit planeta sol cum sole in uno gradu quia tunc fortuna auget fortunam et bonum malorum confortat malum. Undecimus ut sit planeta masculinus in quarta masculina exceptis ascendentis ex [illegible]. Hoc est ad medio celi in ascendente et a 4a in 7a directe et sit planeta masculinus in signis masculinis et femininus in signis femininis. Hec sunt testimonia quibus confortatur planeta et non habet occasionem in eis noceat ad perficiendam eam quam recepit et promisit. Si fuerit planeta in domo sua aut exaltatione aut triplicitate aut termino aut facie ipse est perficiens cum fuerit in signo in quo habeat testimonia

Incipiunt duo capitula communes de significationibus planetarum

Scito quod signum Lune cuius celus est omnium planetarum excedens terre propinquior est omnibus planetis quod similis rebus mundi, habeto quod Luna significatio omnium rerum quia sanitas sanitas est [illegible] rex et ipsa pulsata [illegible] tat dispositionem suam et super quam planetam perit radios suos et cum iungitur [illegible] mutat esse suum ad ipsum planetam. Nominatur ipse planeta receptor dispositionis quia recepit quod [illegible] adeo vel ab inferiori planeta commissum fuerit. Et ipsa est Luna est relatrix horum planetarum et ipsa pacificat eos et defert ad consensum ad alios. Mali vero planete significant de timetur et malum propter excedentia et superfluitate nimie frigoris in eis nimietatis atque inpedimentis. Set si fuerit planeta bonus in domo mali vel in exaltatione recipit eum et refrenat et ob hoc eo quod sit aspectus amicitie atque ulla inimicitie fortune non quia sunt temperate nature atque complexionis id est quia sunt temperate ex calore et frigore propter rem perficiunt et prestat cum receperint eum si receptio in eis est utilis ac melior

De gaudiis planetarum

Expositio de gaudiis planetarum fit quatuor modis. Primo autem gaudium eorum est excelso quia Mercurius gaudet in ascendente, Luna in 3a ab ascendente, Venus in 5a, Mars in 6a, Sol in 9a, Jupiter in 11a, Saturnus in 12a. Secundum gaudium eorum est quod habet fortune sue in domibus suis. Nam Saturnus gaudet in aquario eo quod sit signum masculinum. Jupiter in sagittario, gaudet Mars in scorpione, Sol in Leone, Venus in tauro, Luna in Cancro, Mercurius in Virgine. Tercio quod planeta diurnus gaudet cum fuerit in orientem et hoc est quando omnis

tur in mane. Et planete nocturni gaudent cum apparuerint in emisperio occidentali. Habet etiam gaudia planeta. Saturnus, Jupiter atque Mars per similitudinem gaudent cum fuerint in parte celi masculina que est ab ascendente usque ad medium celi et ab signo 4° usque in 7°. Luna autem Venus gaudent cum fuerint in parte feminina a 7° usque ad medium celi et ab ascendente usque in angulum terre qui est signum 4m. Mercurius autem gaudet in utrisque partibus, id est cum fuerit cum planetis masculinis gaudet in parte masculina et cum fuerit cum femininis gaudet in parte feminina propter diversitatem horum planetarum et eorum dominorum.

De motibus stellarum

Hec sunt modi stellarum bonorum scilicet et malorum: invicem in orbibus malos planetas dico qui mali, et invicem in orbibus fortunarum dico bonum. Et non dicitur bonus planeta impeditus donec malus super eum proiciat radios suos secundum quod dixi tibi de eorum orbibus. Cum transierit terminum malorum vocatur planeta aspiciens malum et non poterit impedire. Et cum transierit malus planeta per gradus perfectum in metu timoris absque impedimento corporis et non potest malus planeta agere quia separatus est ab eo. Similiter cum fortuna transierit planetam et separatus fuerit ab eo per gradum integrum separatur sed non perficitur res. Planeta cum fuerit in angulis malorum, id est cum fuerit in eo vel in primo aut in 4° ab eo signo vel 4° vel 7° vel 10° erit sicut qui pugnat et se timet ipso contra tribulationem et malum quod descendit super eum. Cum transierit eum et separatus fuerit ab eo pugnat sicut predixi tibi et evasit ipsius malum et nichil poterit malum preter timorem in mente. Luna cum fuerit cursu vacua, id est nulli planetarum coniuncta significat in antitionem et annullationem ac remissionem ab eadem causa et impedimentis eiusdem cause.

De significatione coniunctionis Lune

Coniunctionis Lune significat quod futurum est et quod separat ex rebus secundum qualitatem nature planete cui iungitur dispositionem Lune, id est si fuerit fortuna bonum, et si fuerit malus malum. Separatio Lune ad planetam significat quod preteritum est et quod iam recessit secundum qualitatem nature illius planete secundum significationem domus cuius ille est dominus a quo separat Luna. Planeta cum fuerit in descensione sua significat tristitiam et merorem et angustiam. Planeta retrogradus significat obedientiam rerum et contradictionem et retractationem ac remissionem et anxietatem seu discordiam. Planeta cum fuerit in statione prima significat inicium mali quod augetur. Si fuerit in ea significat malum quod iam venit. Mali significat difficultatem et plurimam festinationem in opere. Planeta cum fuerit tardus, id est cum tarde ambulat, proponit animum suum, id est facit dilationem in uno tam in bono quam in malo. Similiter facit cum fuerit in domibus Saturni vel Jovis quia in domibus planetarum levium festinat. Cum coniuncta fuerit Luna alicui planete et perfecerit suam coniunctionem, id est cum fuerit cum eo in uno minuto, aspicit quod futurum est quod ipsa interrogatio est planeta cui coniungitur Luna preter hec. Planeta cum fuerit in ultimo gradu signi iam recessit fortitudo eius ab ipso signo et erit fortitudo eius in alio signo et est quasi [illegible] posuit pedem suum super limen porte volens exire quod si domus cadent non impediunt eum. Si vero planeta in 27 gradu fuerit erit fortitudo illius planete in eodem signo quia sunt in initium planete tres gradus in quibus expandit virtus eius gradus, scilicet in quo est et gradus qui post eum est et gradus qui est ante eum. Planeta aliquando petit coniunctionem alterius planete sed non consequitur ac in signo suo

donec mutetur ipse planeta propter festinationem suam. Cum in secundo fuerit eam in alio signo et non fuerit inter illos perficietur eam. Et si inter fuerit alterum in alio signo et mutatus fuerit postea inter fuerit et non perficietur eam quia iam coniunctus est luminis planete alterius. Planeta volens iungi planete alicui signo cum post coniunctionem in eodem signo donec egrediatur ad aliud signum perficietur tunc eam nisi prius iungatur non impedit eum hoc propter quod dixi tibi quia coniunctio que fit per aspectum annullat coniunctionem que fit per corpus in uno signo et nunc coniunctio annullat eam que fit per aspectum et aspectus non ascendit eam aspectum. Malus planeta cum fuerit orientalis, id est cum mane apparuerit in oriente in domo sua aut in exaltatione sua et non fuerit in [illegible] malo quod eum impediat melior ac dignior est fortuna retrogradatio et impedito. Mali cum fuerint domini eam et infortunati fuerint domino ascendentis aut Luna illius a 4° aspectu vel ab oppositione faciunt eam sed destruunt eam in fine et si fuerint mali illi qui iunguntur melius erit quod sit ipsa que recipiunt eam ab oppositione, id est ut ipsi mali planete iungatur eis. Malus cum fuerit in ascendente in domo sua aut in exaltatione sua refrenatur a malo nisi sit retrogradus in domo sua aut in exaltatione sua refrenatur a malo nisi sit retrogradus in domo sua. Si aut retrogradus fuerit in ascendente confortatur eius malum et multiplicatur eius diversitas ac variatio. Planeta cum fuerit in suo habitu ac similitudine ex signis erit conveniens, id est si fuerit Saturnus in domo sua aut in exaltatione sua aut in signo frigido erit sicut dixi tibi. Mars aut si in signo calido fuerit erit bonum ei. Si vero fuerit in contrarietate sue nature erit ei malum sicut aqua et oleum que non commiscentur neque complectuntur et si fuerit in signo consimili commiscetur et complectitur sicut aqua et lac. Cum vero mali aspiciunt fortunas a 4° sive 7° aspectu minuunt eorum fortunam. Fortune cadentes ab ascendente aut retrogradi erunt impediti similes malorum. Planete cum fuerint recepti erit eius fortuna et si fuerint mali erit eius fortuna impedimentum. Planete mali cum fuerint in signis peregrini, id est cum non fuerint in domibus suis nec in triplicitate augent malum et magnificant eorum impedimentum. Et si fuerit in signis in quibus habet testimonium refrenatur a malo et diminuitur eorum impedimentum. Mali vero cum fuerint in domibus suis et fuerint domini regni aut in exaltationibus suis aut in triplicitate aut in terminis et in angulis aut succedentibus angulorum erit fortitudo eorum sicut fortitudo fortunarum. Intellige quod dixi tibi. Fortune cum fuerint in signis in quibus non habent testimonium minuitur eorum fortuna ac bonum et cum fuerint in signis in quibus habent testimonium, id est in domibus exaltationibus triplicitatibus aut in termino suo magnificatur eorum fortuna et perficitur res atque augetur bonum. Cum fuerint fortune et mali in signo maligno loco, id est in aliqua domorum quas predixi aut fuerint sub radiis combusti significat res inanes et [illegible] et non poterunt significare bonum vel malum propter debilitatem que est in eis quia planeta cum fuerit sub radiis combustus aut in oppositione solis erit debilis quia in hoc loco nulla utilitas est aut bonum et bonus planeta non mali

malis quod fortune significat modicum bonum cum fuerint sub radiis. Et mali similiter cum fuerint sub radiis solis erit minus eorum impedimentum. Et omnis fortuna aut malus cum fuerit in domo sua aut exaltatione vel triplicitate eius convertet quod ... in eis ex malo in bonum ... et ab eo accipe mensuram. Planeta si cum fuerit in angulis ascendentis et impedierit a quarto aspectu vel ab oppositione erunt mali fortes et nocentes id est fortes ad nocendum et maior erit eorum afflictio et maxime ac proprie si fuerint fortiores planetis quas impediunt vel opponuntur aut opprimunt id est si fuerint in fortiori loco. Sed si aspexerit a trino vel sexto refrenatur a malo et minuitur eorum impedimentum. Fortunatus non significat semper nisi fortunam. Et malus non significat nisi malum propter superfluitatem ac excedentiam nature illius et malignitatem eius complexionis. Comportet quod aspicere loca planetarum id est loca eorum ab ascendente et signa in quibus fuerint quod licet planeta malus sit, tamen si fuerit in similitudine sua aut in domo vel exaltatione sua aut triplicitate aut in bono loco ab ascendente significat bonum. Fortuna si non fuerit in lumine suo id est si fuerit ex plato dierum et fuerit significator in nocte aut peregrinus fuerit in loco in quo est cadens ab ascendente aut sub radiis impedit et non proficit. Jupiter cum aspexerit malum vertit naturam suam in bonum et Venus non potest magis. Saturnum si non fuerit Jovem. Jupiter enim quod dat solvit quod non dat Saturnus id est si Jupiter iungitur Saturno frangit eius malitiam et mutat eam. Et Venus solvit quod non dat Mars. Cum malus compulsat id est iungitur malo vertitur id est mutatur malum in aliud malum. Et si malus iungitur fortune convertitur bonum in bonum. Et si fortuna iungitur malo invenit post bonum malum hoc in commissione rerum. Luna et dominus ascendentis cum fuerit impeditus ad coniunctionem vel a quarto aspectu seu oppositione malorum si tunc fortune iungatur ei vel tertio vel quarto vel sexto ... incurrit exasperatione solvetur ad fortunas et liberabitur ab eis. Similiter si fuerit inter malos a sexto aspectu et aspexerit fortuna a sexto aspectu evadet vir ille qui occurrit ei exasperatione illa et cadet in altera. Planeta cum non fuerit in domo aut exaltatione vel triplicitate sua vel termino aut in gaudio et fuerit cadens ab angulis erit hoc signum malum absque ulla utilitate et nil boni est in illo planeta. Planeta cum fuerit sub radiis versus accidentem id est quando oritur vespertinus erit eius fortitudo debilis nulla enim fortitudo erit ei nec lumen eius quia non minus erit eius impedimentum. Si fuerit malus et si fuerit retrogradus erit tardus in omnibus rebus. Planete cum fuerint sub radiis erunt debiles in omnibus hoc est si fuerint inter eos et solem minus 12 gradus nisi sit in corde solis planeta quod tunc erit fortis. Planeta cum fuerit longe a sole per 12 gradus in mane ab oriente erit fortis in omni initio et opere et cum prolongatus fuerit ab eo per 15 gradus tunc erit fortior id est tunc erit in maiori fortitudine quam debeat esse. Et si fuerit planeta ipse ante solem id est si oriatur vespere in occidente et si fuerit inter ipsum et solem 15 usque in 12 gradus tunc incipit debilitari a 12

donec in eodem sole sit / sit debilior qua potest fieri. Et cum fuerit in eodem solis erit fortis propter cor solis, volunt intelligere astrologi ut sit cum sole in uno gradu. Planeta cum fuerit in peregrinatione sit ... calidus et erit mala et si non fuerit in domo sua aut exaltatione et si fuerit directus et in bono loco ab ascendente aut in medio celi aut in 11 erit bonus receptor dispositionis. Cum fuerit occidentalis et in 12 gradu et in ante solem et erit debilis et confractus non perficit quod indicat. Et si fuerit erit providus et perfectus in iudicio quod planeta impeditus similis est ... quod cum cadit reducat meliorat et fit bonum. Planeta cum fuerit in 2 ab ascendente hoc ideo est quod domus illa martis est et significat interfectiones et venena et ... fortuna non operatur neque bonum nec malum. ... cum fuerit in 6 magnificat eorum malum. Planeta cum fuerit in initio signi erit debilis donec firmetur in eo et ambulet 5 gradus verbi gratia gradus 10 Arietis omnis planeta qui fuerit in eo minus gradus 5 est cadens et non reputatur esse in angulo. Et omnis planeta qui fuerit post angulum per gradus 15 erit similis illi qui fuerit in angulo et si auxerit gradus nulla fortitudo erit ei verbi gratia si esset angulus 10 gradus Arietis tunc omnis planeta ab eodem 10 gradu usque in 25 gradu eius Arietis reputatur in eodem angulo quod si addiderit super 25 non erit in angulo. Sed Ptholomeus dicit quod usque in 25 post angulum erit planeta in angulo. Planete cum fuerint in signis fixis significant solutiones rerum ac ... et applicabuntur illi rerum alia vel aliud ... tales. Et cum fuerint in signis mobilibus significant celeritatem questionis vel commutationem rerum in bonum sive in medio malum

De significatione signorum fixorum communium et mobilium

Signum fixum significat fixuram et firmitatem interrogationum id est rerum de quibus fit interrogatio et omnem rerum fixam et firmissimam atque stabilem et auxilium bonum in interrogationibus. Et signa communia significant res que non possunt fieri et omnes res quas ... iterat. Et signa mobilia significant celeritatem mutationis rerum in aliud. Planeta cum steterit ad retrogradationem id est cum fuerit in statione sua prima significat solutionem ... et obedientiam. Et cum steterit ad retrogradationem id est cum fuerit in statione sua secunda significat directionem post tarditatem rerum sive duritia. Et omnis planeta qui fuerit significator et voluerit [illegible] id est si fuerit in statione secunda significat renovationem rerum et earum ... ac fortitudinem et directionem. Et si fuerit in statione prima volens retrogradari significat destructionem rerum et tardationem ac dissolutionem. Scito quod in die qua Luna est impedita omne de quo interrogatur in die illa erit impedimentum nisi malus impediens eam sit cadens ab ascendente in debilis et Luna tunc non habet partem in ascendente quod malus impedit Lunam et ipse fuerit cadens ab ascendente in mutat timorem et ... Et cum fuerit in angulis vel in sequentibus angulorum ... cum detrimento. Scito quod planeta cui iungitur Luna significat quod futurum est et ... rerum. Unde si iungitur fortune significat ... bonum. Et si iungitur malo significat ... malum. Et scito quod dominus ascendentis aut Luna cum fuerit in oppositione domus sue id est in 7 ad domo sua erit dominus interrogationis horrens eam de qua interrogatus est gravis erit illi. Scito hoc totum

De obsessione planete

Obsessus dicitur planeta cum fuerit inter duos malos separatus ab uno eorum et coniunctus alteri absque porrectione radiorum alterius planete inter eos, id est si nullus alius porrexit radios suos super obsessum inter eos, et est fortius ac deterius si fuerit separatus ac coniunctus ad 7 gradus et infra. Cuius exemplum ut si Mars in 10 gradu cancri et Saturnus in 18 arietis et Luna in gradu 12 Libre, separata est a Marte ex quarto aspectu, et iuncta est Saturno ab oppositione. Tunc erit Luna obsessa quia separata est ad lumine Martis et luminis iuncta Saturni. Item quia planeta est in lumine suo ut Mars cum fuerit in nocte quia nocturnus est, et Saturnus dicitur esse in lumine suo in die quia est diurnus.

De eodem

Scito quod omnes quos significat stelle futurum sit in sedecim modis. Hoc est Alichel arabice quod latine sonat perfectus; Alibder, id est deterioratio; Alnisfal... Alnisal, id est coniunctio; Alicirac, id est separatio seu disiunctio; Annachel, id est translatio; Algenicke, id est congregatio vel collectio; Almanne, id est prohibitio vel mutatio; Alchochiel, id est receptio; Gartalhobol, id est recessio; Galaaged, id est vacuatio cursus; Alrad, id est redditus; Dalphaalcoa, id est pulsatio virtutis; Dalphaarebal, id est pulsatio dispositionis et nature; Alchocca, id est virtus vel fortitudo; Alzaph, id est debilitas; Venachymel Alhamam, id est esse Lune.

De eodem

Alichel, id est perfectus, est quando planeta est in angulo vel in sequenti angulum. Alibder, id est deterioratio, ut planeta cadens ab angulis. Annisal, id est coniunctio, est ut planeta levis atque velox petat coniunctionem planete tardioris atque ponderosioris. Et si planeta levior minus gradibus [illegible] tardior quam dum ierit ad eum donec iungatur ei et sit in tali motu per aspectum. Mutachil est coniunctus ut conglutinatus, ita vocatur donec separetur ab eo per spatium unius gradus, et tunc vocatur Alinrafh, id est separatus ab eo. Sed si iungitur planete in uno signo non dicitur separatus planeta a planeta alio donec transeat eum per spatium dimidii sui orbis, id est sui luminis et per tres signatores, et dimidium spatium est ante ipsum planetam et aliud dimidium post eum. Quod spatium dum transierit planeta alium vocatur separatus ab eo et pallagia.

De orbe luminis planetarum

Scito quod orbe luminis solis est 30 gradus cuius medietas est 15 gradus ante illum et 15 gradus post illum. Cumque fuerit planeta inter solem et alium planetam ab uno gradu usque ad 15 gradum tunc perveniet lumen suum super eum et iungitur ei. Et lumen orbis Lune est 12 gradus totidem quoque retro. Cuius Lune spatium alter alterum iungitur planete. Lumen vero Veneris et Mercurii uniuscuiusque eorum est gradus 7 totidem quoque retro. Martis autem lumen est gradus 8 ante et totidem retro. Lumen vero orbis Saturni et Iovis uniuscuiusque eorum gradus 9 restat ante et retro. Cumque aspexerint alium et suo lumine pertransierit gradus illius dicitur iungi ei et non pervenerit cum lumine suo non vocatur coniunctus ei, sed vadit ad coniunctionem donec incipiat iungi. Et si fuerit planeta in fine alicuius signi nemini iunctus et pertransierit alium signum lumine suo quousque planeta fuerit [illegible]

Lumine illo erit coniunctus ei planete, sed planeta qui fuerit in uno signo non videat eum. Recessio ut separatio est ut pertransiat planeta levior alium ponderosiorem et recipiat habens plures gradus tam in aspectu quam in coniunctione. Nam aspectus assignatur in signis, coniunctio autem dicitur in gradibus. Hoc summa deesse [illegible] quia deus voluit. Transfert translatio luminis a planeta in planetam ut separatus planeta levior ab alio ponderosiore et iungatur alteri tunc quasi iungit eos et defert primum nam ad alterum cui iungitur.

De coniunctione luminis

Coniunctio luminis est quando dominus ascendentis et dominus questionis iungitur planete ponderosiori se qui iungat eorum fortitudinem atque lumen accipiat eorum naturas. Almana, id est prohibitio, fit tribus modis quorum primus assignatio dicitur luminis et hoc fit quando inter dominum ascendentis et dominum questionis fuerit aliquis planeta in paucioribus gradibus uniuscuiusque eorum et fuerit coniunctio cum eodem aut quia fuerit coniunctio cum domino eius. Cuius exemplum est interrogatio fieret coniugio et dominus ascendentis sit Mercurius qui est significator interrogationis sit in 11 gradu cancri et Iupiter dominus domus 7 qui est significator sponse sit in 10 gradu cancri et Mars erit in gradu 12 arietis. Abscindebat ergo Mars lumen Mercurii et Iovis a quo signo [illegible] mulieris significavit ergo quod destructio fieret huius per destructionem domus. Secundus modus est ut planeta levis et alter ponderosior sit ambo in uno signo et sit tertius ponderosior coniunctionem ponderosioris. Hic aufert coniunctionem primi. Cuius exemplum est ut ascendens sit Cancer et interrogatio fieret de coniugio et Luna in 8 gradu geminorum et Mars in 10 gradu eiusdem signi, Saturnus vero in 18 gradu eiusdem ante Martem. Mars vero separat Lunam ad Saturnum et aufert coniunctionem eorum et destruit eam. Tertius modus est ut planeta levior iungatur alteri planete ponderosiori se per aspectum et iungatur alteri qui sit in leviore gradu, id est minus gradibus, planeta vero levis qui cum ponderoso est in uno signo prohibet coniunctionem alterius qui aspiciat. Cuius transierit vera erit eius coniunctio et huius modo confirmat [illegible] causas et reddit eas sic alias precedentes. Cuius exemplum est ut sit Cancer ascendens et est interrogatio de coniugio et Luna domina ascendentis que est significatrix interrogationis est in 10 Scorpionis et Mars in 18 gradu Tauri et Saturnus in 23 gradu Tauri. Erat Mars in gradibus Lune minoribus gradibus et ideo abscindebat aspectum inter Lunam et Saturnum et prohibebat eorum coniunctionem quia Mars iungebatur Saturno in signo et huius coniunctio fortior est quam aspectus. Aspectus enim non destruit coniunctionem, sed coniunctio destruit aspectum et aspectus non abscindit aspectum. Coniunctio vero abscindit aspectum. Et aliquando iungitur planeta unus alteri sed antequam veniat ad ipsum iungitur alteri et cum illi iunctus fuerit destruitur prima coniunctio. Similiter si planeta iungitur alii planete, id est in uno signo, commutat dispositionem suam alteri qui sit in signo alio et post coniunctionem alterius per aspectum perveniet.

Nota de almana id est id est prohibitio

